






1
7
338








Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of the Biblioteca Nazionale Centrale di Firenze.
CFMAGL. 1.7.338

AD ASTRORVM IVDICIA FACILIS INTRODVCTIO CLAVDIO DARIOto Pomarcensi Medico ac Mathematico authore.



EIVSDEM TRACTATVS

De Electionibus Principiorum idoneorum rebus inchoandis.

QVIBVS ACCESSIT FRAGmentum de morbis & diebus Criticis ex astrorum motu cognoscendis, eodem authore:

Ad illustrißimum & eruditißimum uirum dominum Anthonium Thomam Sauium doctorem medicum Lugdunensem.



LVGDVNI,

Apud Mauricium Roy, & Ludouicum Pesnot.

1557.



IN ARTEM IVDICIARIAM D. Claudij Darioti Pomarcensis Martialis Cassagno Cambonius Decastichon.

Qui volet occultas rerum cognoscere causas,
Quid strata cælorum sydera significent.
An bona portendant, mala vel mortalibus: ille
Me legat, & voti tunc bene compos erit.
Omnibus occlusas nam res sic reddit apertas,
Sic reddit faciles Claudius ipse meus.
Vt verè poßint docti prædicere multos
Astrorum fluxus, qui, Ioue Rege, fluunt.
Me spernant nulli, quamuis sim corpore paruus:
Ni simul ingrati spernere magna velint.

IDEM IN LIVOREM.

Ni præcepta legas mea iudiciaria, liuor:
Ni tua constituas noscere supplicia.

IOAN. CHEVIGNARDI Belnensis ad lectorem Epigramma.

Quos mores nascentum animis errantia septem
Mollibus instillent sydera lector habe.
Quæ varios nostro generet in pectore sensus:
Quæ grauis immoti cordis & esse iubent.
Quæ celer ingenium & penetrabile mentis acumen,
Quæ faciant tardum, degener atque rude.
Diuitias aliȷs adimunt, facésque superbos,
Vt sceptro seruos, vt solióque beent.
Ad studia hos, illos violenta in prælia raptant:
Imbelles alios ocia, somnus, habent.
Hæc & plura vide paruo hoc digesta libello,
Immensis alibi scripta voluminibus.

CLARISSIMO VIRO DOMINO ANTONIO THOMAE SAuio Lugdunensi Medico peritissimo Claudius Dariotus Pomarcensis. S. P. D.






AEPENUMERO mihi tuorum in me officiorum magnitudinem memoria recolenti, vir clarißime, venit in mentem subuereri, ne ea satis honestè tueri ac sustinere poßim. Cùm enim de referēda gratia cogito, inferiorem me esse sentio quàm vt tibi soluendo esse queā. Sin verò (quod facilius est) agere gratias instituo, nihilominus proficio: quoniam toties, quoties id facere vellem & deberem, noua nō occurrit forma qua id faciam. Quoniam igitur nec planè referre, nec satis cumulatè tibi gratias agere possum: hoc vnum mihi relictū est, vt memoria teneam, téque tanta obseruantia colam, quāta par est eum quem ego studiorum meorū fautorem, & fortunæ melioris authorē primùm habui. Ego enim ingenuè fateor ac præ me fero, ab eo tēpore quo me in gratiam tuam recepisti, nihil quod ab homine amantißimo expectari poßit, mihi à te defuisse. Imò verò te mihi sæpiùs verenti beneficium vltro obtrudiße. Nunc verò cùm pro tot tantisque tuis in me meritis, meæ partes eße videantur aliquo officij genere testatiorem meum erga te animū relinquere. Dolet mihi, & multùm quidem dolēt, quòd mihi vltro citróq; animo discurrenti, nihil omninò occurrat, quò id satis commodè perficere poßim: nisi fortè in eo me subleues, & cumulatè tibi relatam gratiam putes, cū id quod potero præstabo. Relinquitur enim hoc vnū mihi, vir clarißime, vt huius sciētiæ (quæ tuo auxilio nō-

nihil ni me adoleuit) faciam te participē: & hunc librum de iudicijs ex aſtrorum aſpectu faciendis, tuo nomini conſacrem. Non ſanè quod ſit aliquid tale, ut in lucem exire, & in tuo nomine aparere debeat: ſed ſaltem quòd grati & memoris animi ſignificationem obtineat. Neque ſanè ſum ueritus, ne tibi noſtri muneris exilitas ſordeſceret, cū (ſi bene te cognoui) non is ſis, qui munus magis quàm animum ſoleas pōderare. Neque ſanè mirum tibi uideri debet, quòd poſt infinitam ſcriptorum multitudinem qui de hac re ſcripſerunt, nunc actum agere & in eorum ueſtigijs pedem imprimere uidear: non enim eo animo hæc aggreſſus ſum, ut ſperam quicquam à me meliùs quàm ab alijs poſſe dici, ſed ut amicorum meorū precibus ſatisfacerem, qui me quotidie ut id facerem hortabantur. Quod cùm neque amici nomen, neque meum in eos ſtudium negare permitteret: eo aggreſſus ſum audaciùs, cùm quia eorum authoritas huius mei laboris nō pœnitēdi fidem faciebat, tum quia hos nouos noſtri ingenij fructus (quod ſæpiùs tuæ liberalitatis ſucco irrigaſti) tibi non ingratos forè confidebam. Malui enim officij ac beneuolētiæ onere opprimi, quàm id quod ab amicis impoſitum eſt, turpiter abijcere. Itaq; cùm hi nullam apud me conquerendi ceſſationem facerent, deſperatam ſibi eſſe hanc cognitionē, quia certa methodo, quæ eos ad eam introduceret, orbatos ſe eſſe dicerent: ut eorum ſtudia leuarē, ea quæ de hac arte mihi uſus attulit, in compendiariam quendam introductionem incluſi: qua ego per certa capita digeſta, primùm artis principia & tanquam incunabula præcipio, tum deinde quarumcunque quæſtionum propoſitarum rationem reddere oſtendo, his ad duodecim cæli domos reductis, ut earum ſignificator reperiatur.

Cui ne

Cui ne quicquam prætermisisse videar, quod à me posteà posset requiri: tractatum de temporibus eligendis, principijs actionum instituendarum idoneis adieci. Quod quidem opus exiguum, cum eis quibus authoribus id susceperā communicassem, tum eo lecto, me vehemētiùs hortati sunt, vt quantulumcunque esset, cæteris non inuiderē, sed in lucem emitterem. Quod feci, ac vt in eos officiosus essem, nouásq; eorū preces mea diligentia præuenirē. Huic ad extremum adieci fragmentum aliquod de cognoscendis morborum generibus, eorúmque situ & natura, ex astrorum aspectu penitùs perspicienda: scilicet an diuturni vel breues, letales aut secus futuri sint. Qui nonnunquam huius sunt generis, vt eorū sit cognitio difficilis: quales sunt, qui pestifera labe & contagione totum corpus inficiūt, & innumerabiles alij qui ab influxu astrorum prouenientes non se produnt, sed penitùs in corporibus abstrusi, non apertè sed tanquam per cuniculos homines interimunt. Si verò medicus maturè futuri morbi exitum prænuntiet, omni se suspicione culpæ liberabit: eiq; morbi causam adferenti, se multò confidentiùs (vt inquit Hipp. i. prognost.) æger cōmittet. Itaque vt ab omni parte tutior sit, & omnis culpæ cōtumeliā declinet, in hoc libri frustulo breuiter rationem deprehendendi dies criticos, indicantes & intercidentes ex ipsius Lunæ motu præscripsimus: quibúsque diebus morbus grauior & vehementior, quibus remißior futurus sit: quibúsque interna vel externa medicamenta adhibere cōueniat. Quæ si non ingrata fuisse tibi ac lectoribus intellexero, mea in posterum ad scribendum augebitur industria.

VALE Lug. 3. cal. Maij. 1556.



AD ASTRORVM IVDICIA FACILIS INtroductio Claudio Darioto Pomarcensi Medico authore.



De Zodiaci & signorum diuisione
CAP. I.



ODIACVS est circulus ex magnis in cęlo, diuidens sphęram in duas partes æquales, cuius latitudo est duodecim graduum. Longitudo verò graduum trecentorum & sexaginta, vt mox dicetur apertiùs. Diuiditur autẽ hic circulus in partes duodecim, quæ signa vocantur, & nomina à proprietate quadam aut stellarũ dispositione talia acceperunt. Aries, Taurus, Gemini, Cãcer, Leo, Virgo, Libra, Scorpius, Sagittarius, Capricornus, Aquarius, Pisces. Quæ signa quibusdã characteribus notantur. Characteres autem in hunc figurantur modum.

Aries ♈, *Taurus* ♉, *Gemini* ♊, *Cancer* ♋, *Leo* ♌, *Virgo* ♍, *Libra* ♎, *Scorpius* ♏, *Sagittarius* ♐, *Capricornus* ♑, *Aquarius* ♒, *Pisces* ♓.

Vnumquodque rursus illorum signorum diuiditur in triginta partes, quæ gradus vocantur. Hácque ratione totus circulus 360 gradus in longitudine cõtinet. Gradus item in sexaginta minuta sequatur. Minutum rursus in sexaginta secũda. Secundum in

ſexaginta tertia, Tertium in ſexaginta quarta partitur, ac ſic per ſexagenariam multiplicationem procedendo in infinitum vſque. Signorum ruſus multiplex eſt diuiſio. Primò enim in ſeptētrionalia, & meridionalia ſigna diuiduntur: quæ ſic dicuntur, quoniam ab æquatore verſus eam cæli partem vergunt.

Septentrionalia.	*Meridionalia.*
♈, ♉, ♊, ♋, ♌, ♍,	♎, ♏, ♐, ♑, ♒, ♓.

Secundò in rectè, & obliquè aſcēdentia diuiduntur.

Signa rectè aſcendentia ſunt, ♋ ♌ ♍ ♎ ♏ ♐ — Dicuntur autem rectè oriri ſiue aſcēdere: quoniam cum eis maior pars æquatoris quàm zodiaci peroritur ſiue aſcendit.

Signa obliquè aſcēdentia ſunt, ♑ ♒ ♓ ♈ ♉ ♊ — Quæ obliquè aſcendere ſiue oriri dicuntur: quia cum eis æquatoris medietas non aſcēdit: maior enim arcus zodiaci quàm æquatoris peroritur.

Inferiora ſex obliquè aſcendentia, ſuperioribus rectè aſcendentibus obediunt, hoc eſt, ex duobus ſignis æquidiſtentibus à principio, ♋, vel ♑, obliquè aſcendens rectè aſcendenti obedit.

Tertio in quatuor triplicitates ſecantur ſ. æream, igneam, terream & aqueam.

Igneæ triplicitatis ſunt, ♈ ♌ ♐ — Quæ ſunt calida & ſicca bilioſa, amara, diurna, maſculina & orientalia.

Terreæ triplicitatis ſunt, ♉ ♍ ♑ — Quæ ſunt frigida & ſicca melancolica, acida, nocturna, fœminina, & meridionalia.

AEreę triplicitatis ſunt, ♊ ♎ ♒ — Quæ ſunt calida & humida ſanguinea, dulcia, diurna maſculina & occidentalia.

[Handwritten marginal notes:]
1ª triplicidad ignea. ♈ Sus S. ☉. ♃. ♄. el sol de dia ♃ de noche ♄ de dia y de noche.
2ª terrea. ♀. ☽. ♂. ♀ de dia. ☽ de noche y ♂ de dia y de noche.
3ª Aerea. ♄. ☿. ♃. ♄ de dia. ☿ de noche y ♃ de dia y de noche

Aqueæ


Aqueæ triplicitatis sunt,



Quæ sunt frigida & humida pituitosa, incipida, fœminina nocturna, & septentrionalia.

Quartò in mobilia fixa, & media siue cõia diuidũtur.

Mobilia sunt,




Sic dicta: quoniam qui ea in ascendente, hoc est prima domo hora natiuitatis habuerit eorum cõplexionem sortietur: vel quia eorum tempora sint mobilia.

Fixa sunt,



Sic dicta: quia illorum tempora sint fixa, vel quia homines in quorum natiuitate orientem siue primam domum tenent, sint fixi, ac in sermonibus factisque stabiles.

Communia siue media sunt,



Quæ hoc nomine vocantur: quia illorum tempora anni, quidpiam cum præcedenti & sequenti cõmune habent: vel quia, vt dictum est, homines in quorum natiuitate ascendunt, in sermonibus factisque communes sunt.

Signorum demũ m alia orientalia sunt, alia meridionalia, alia occidentalia, & alia borealia. Item alia masculina: fœminina verò alia: denique alia diurna, & nocturna alia vocantur. Quæ autem ea sint, cùm de triplicitatibus sermonem fecimus, docuimus. Dicuntur aũt orientalia, meridionalia, occidentalia, & borealia, q̃ has mundi partes respiciant. Alia verò masculina, quoniam si in mulieris natiuitate primam domum habeant, robustiorem mulierem reddunt, & virum fortiorem. Fœminina contrarium penitùs agunt, quia virum effœminãt. Diurna demùm dicuntur, quoniã pulchriorem & clariorem reddunt natum. Nocturna verò difformiorem, nigriorémq; ac obscuram faciem pariunt. Signa iterum in quatuor quartas, vernalem scilicet, æstiualem, autumnalem & hiemalem diuidũt. Quę quartę signa hęc anni tempora constituẽtia cõprehendunt vt sequitur.

Quarta vernalis quę & sanguinea, dicitur siue puerilis, comprehendit	♈ ♉ ♊	Aestiualis quarta, quę biliosa aciuuenilis appellatur, hęc signa continet	♋ ♌ ♍
Autunnalis quę melācholię particeps est, & quę ad tertiam ætatem refertur, continet	♎ ♏ ♐	Hiemalis, quę senili ætati comparata, pituitámq; referens, cōstituitur	♑ ♒ ♓

Hactenus de zodiaci & signorū diuisione dictum est. Nunc ad tractatū de planetis accedo: tum deinde quas in signis dignitates habeant planetæ, breuiter attingam.

De planetis, eorum motibus & natura.

CAP. II.



SEPTEM sub Zodiaco sidera errātia siue planetę proprio & continuo motu mouentur, diuersísq; temporum spatijs ipsum metiūtur: vt Saturnus in triginta annis: Iupiter in duodecim: Mars in duobus: Sol in 365. diebus, & propemodum sex horis: Venus & Mercurius similiter: Luna verò in vigintiseptem diebus, & ferè octo horis. Secundum autem illorum planetarum & signorum qualitates, diuersos motus, & varios adinuicem aspectus, animi tempora mutantur, variásq; in hæc inferiora effectiones habent. Quęquidem vt dignosci valeant, planetarum omnium naturā nosse oportet, quam statim dicere conabor. A' Saturno (quod planetarū omnium superior sit) sumpto initio, de ijs secūdum sphærarum ordinem, sermonem faciam.

Saturnus itaque frigidus est & siccus, melancholicus, naturę humanę inimicus & vitam destruans, masculinus, diurnus, maleuolus & infortuna maior.

Iupiter

Iupiter calidus est & humidus, sanguineus, naturę amicus, masculinus, diurnus. & fortuna maior.

Mars calid⁹ est immoderatè & siccus, coleric⁹, masculinus, nocturnus, maleuolus & infortuna minor.

Sol calidus est & siccus moderatè, masculinus, diurnus, fortuna per aspectum, & infortuna per corporalem coniunctionem.

Ven⁹ frigida est & humida tēperatè, phlegmatica, fortuna minor, fœminina, nocturna & bonę naturę.

Mercurius in omnibus communis est, & conuertibilis, masculinus cum masculinis, fœmininus cū fœmininis, cum calidis calidus, cum humidis humidus fortuna cum fortunis pręcipuè laudabili aspectu vel corpore coniunctus aut applicans.

Luna denique frigida est & humida, quamuis parum calefaciat: magis tamē humectat. Naturā suam siue qualitatem per quartas suas, non secus ac Sol in quartis & anni temporibus commutat. Fœminina est etiam & nocturna, & omnium virtutum & impresśionum aliorum planetarum delatrix. Nam omnes influētiæ per orbem ipsius ad nos vltimo descendunt. Hęc de naturis planetarum quod ad institutum nostrum attinet, satis dictum sit. Sed capitis & caudæ draconis naturas hîc annectere, nō mihi pręter institutum videtur.

Caput igitur draconis veluti Mercurius cū bonis bonū est, cū malo malū. in cōiunctione namq; bonorum bonitatem, malorū verò eorum malitiā auget.

Cauda verò capiti pœnitùs aduersatur: cum bonis enim mala est, & cum malis bona: ita vt boni bonitatem, & mali malitiam minuat. Omnes autem

planetę, caput & cauda draconis characteribus quibusdam proprijs figurantur: qui se in hunc modum habent.

♄ ♃ ♂ ☉ ♀ ☿ ☽
Saturnus, Iupiter, Mars, Sol, Venus, Mercurius, Luna
☊ ☋
Caput Draconis, Cauda Draconis.

De dignitatibus essentialibus planetarum.
CAP. III.

PLANETÆ in aliquibus zodiaci locis suas vires ac potestates magis exerunt, quàm in alijs. & in his propterea fortiores ac fortunatiores esse dicuntur. quod fit, quia natura illorum, vel stellarũ in his ipsis locis existentium, naturę planetarum sit conuenientior: sitq; alterius ad alterum mutua naturę affinitas: vnde etiam planetarum essentiales dignitates prisci vocarunt. Cuius generis sunt domus, exaltatio, triplicitas, terminus, & facies eis dicatę. Ac de earum singulis dicendum.

De prima dignitate essentiali, scilicet de domo.

SOL atque Luna luminaria duo à Deo cõdita, vnus vt diei, alter vt nocti pręesset: quia in rerum ac corporum generatione & dominatu principatum obtinent, illis pro domibus tributa sunt duo signa suis qualitatibus conuenientia, atque naturis. Nempè Lunę Cancer, Soli verò Leo, signa certè nostro vertici propinquiora, ac maiorem æstatis partẽ constituen-

ſtituentia. Qualitatibus autem ſiue naturis inter ſe cõueniunt: quia Cancer frigidus eſt & humidus, fœmininus, nocturnus & mobilis vt Luna. Leo verò ſignum eſt calidum & ſiccum, maſculinum, fixum, & diurnum vt ipſe Sol. Supradicti planetę vnicum ſignum habent pro domo. Reliqui autem quinque ſigna duo poſsident, vnum ſcilicet diurnum, alterum nocturnum. Vnde ſignum diurnum domus diurna dicitur. Nocturnum verò nocturna. Saturnus itaque quia naturæ eſt inimicus, oppoſitas domos obtinuit, Capricornũ ſcilicet & aquarium. Capricornus enim domus eſt nocturna, Aquarius verò diurna. Iupiter verò quoniam naturę eſt parens & amicus domos ſuas habuit, Solis & Lunę domos trino aſpectu aſpiciẽtes: qui quia Saturnũ ſubſequitur, ſignũ vnum ante Saturni domos, alterum verò poſt, Sagittarium ſcilicet & Piſces obtinuit. Sagittarius diurna domus eſt, Piſces verò nocturna. Nunc autem Mars proximè ſubſequitur, qui ferè veluti Saturnus naturę eſt inimicus: ita ipſius domus Solis & Lunę domos aſpectu inimicitię imperfectę quadrato, ſcilicet reſpiciunt. Sunt igitur Martis domus, Arietis & Scorpionis ſigna. Aries diurna, Scorpius verò nocturna. Veneris pręterea domus ſunt, Taurus & libra: Taurus nocturna, Libra diurna. Atq; vt eſt bonę benignęq́; naturæ domus eius Solis ac Lunę domos ſextili, hoc eſt imperfectæ amicitię aſpectu reſpiciunt. Vltimò ſubſequitur Mercurius, cuius domus ſunt Gemini & Virgo. Gemini diurna, Virgo autẽ nocturna. Quę quoniam Mercurius naturæ cõmunis exiſtit, nullo aſpectu cum Solis ac Lunæ domibus cõiunguntur. Hęc

ſunt igitur vniuſcuiuſque planetarũ domus, in quibus quando ſunt collocati, fortunati eſſe dicuntur, ac fortiores quàm in alijs dignitatibus. Quæ autem dignitates alijs ſuperiores ſint, numeris agnoſcitur. Quare planetę domus dignitates obtinet quinque. Loci verò in Zodiaco domibus oppoſiti in planetarum perniciem iurant.

De exaltatione.

SECVNDA eſſentialis dignitas planetarum eſt exaltatio. Eſt autem planetæ exaltatio, locus in Zodiaco in quo virtus illius ſiue poteſtas, naturali quadã ſublimitate multũ erigitur: id q̃d Soli in Ariete accidit iuſta Ptholomei ſententiã: ſed pręcipuè in decimonono gradu, vt alijs placet. Illhîc autem eleuatur, quia tunc Sol vergere incipit ad ſeptentrioné, & creſcere dies incipiunt. Supprimitur verò ſiue cadit in loco huic oppoſito, hoc eſt decimonono gradu Librę. Hoc autem eſt ſignum eleuationis Saturni, qui vt eſt naturę euerſor, ita cadit in ſigno eleuationis naturę conſeruatoris, & in eius caſu eleuatur. Iupiter autem Cancri decimumquintum gradũ pro ſua altitudine petit: & deprimitur in decimoquinto gradu Capricorni. Mars verò in Capricorni vigeſimooctauo gradu exaltatur: ſed in eodẽ Cancri gradu caſum ſuum poſsidet. Veneris etiã vigeſimuſſeptimus gradus Piſcium exaltatio exiſtit. Quemadmodum caſus vigeſimusſeptimus gradus virginis. Mercurij item altitudo in decimoquinto Virginis gradu ponitur, & eius depreſsio in gradu oppoſito ſcilicet, decimoquinto Piſcium. Luna demùm loco

ſuę eleua-

ſuę eleuationis tertium Tauri gradum peroptat, atq; tertium Scorpionis, veluti locum depreſsionis. Caput & cauda Draconis in locis quibuſdam Zodiaci pariter attolluntur, & in alijs deprimuntur. Caput enim in Geminorum gradu tertio: Cauda autē tertium Sagittarij gradum capit. Cadit verò in tertio gradu Geminorum, & caput in tertio Sagittarij.

Planetę in his gradibus imperij ſui poteſtatem exercere dicuntur. Quoniam ſi quis naſcitur ijs exiſtentibus in talibus locis, vel eorū pars maxima, fortunam ac fœlicitatem nato impartiunt. Contra verò in caſibus fortunę ac fœlicitati aduerſantur, & infortunium ferunt. Hęc denique dignitas quaternario ęquatur numero.

De triplicitate.

INTER eſſentiales dignitates planetarū, tertiū obtinet locū triplicitas, de qua q̄ ad diuiſionē ſignorum attinet, in præcedētibus ſatis dictū eſt. Nūc verò reliquū eſt, vt de earū pręſidibus ſiue dominis loquamur. Vnaquæq; igitur ſignorū triplicitas tribus planetis regitur: vna diei pręfecta, altera nocti, tertia hijs interiecta & vtrique communi. Prima itaque triplicitas, cui igneæ nomen eſt, Sole, Ioue, & Saturno moderatur: Sole diei tempore, Nocte Ioue, & noctis dieiq; tempore Saturno: atq; ob id cōmunis dicitur.

Secunda triplicitas, hoc eſt terrea, Venerem, Lunam & Martem dominatores poſsidet. Venerem de die, Lunam de nocte. Mars autem vtriuſque temporis dominium habet.

Saturnus, Mercurius & Iupiter tertiæ triplicitatis,

id est æreç principatum habent. Dies tamen à Saturno: nox verò à Mercurio gubernatur, ac tandem Iupiter eos coadiuuat.

Aquęa deniq; triplicitas, quæ & quarta vocatur, Venerem, Martem & Lunam rectores vocauit. Venerem nempè diurnum, Martem autē nocturnum, & Lunam duobus his temporibus cōmunem. Hæc autem dignitas tria valet.

De terminis siue planetarum finibus.

ETSI ingeniosa quadam diuisiōe vnumquodque signum pro alicuius planetę proprio domicilio habeatur: Nihilominus tamen ipsorum partes aliquę planetis singulis, pro terminis siue finibus tribuuntur. Ægiptij autem terminorum hanc secuti sunt diuisionem: tribuentes sex primos Arietis gradus Ioui, pro finibus siue terminis suis: sequentes verò sex gradus ipsius signi, Veneris finibus accommodant: posteà octo sequentes Mercurio. Reliqui verò gradus decē, duobus planetis tributi sunt: quinque, scilicet Marti, alij quinque Saturno. Sic etiam in alijs signis, illi planetæ suos in varijs gradibus terminos habent. Sed quoniam tediosum esset omnes eos numerare: hos in tabulam redigimus: in qua omnes planetarum dignitates comprehenduntur. Illud tamen non est prętereundum duobus luminaribus nullos esse constitutos fines: sed singulum eorum, singula medietate Zodiaci vice terminorum includi. Sol nempè medietate quæ à sua domo accipit initium, hoc est à principiò Leonis, & in fine Capricorni desinit, clauditur. Luna verò altera quæ, à

principio

ctetes sunt. In quarto signorum facies distinctę apparent, illisq; adscripti sunt domini. Pariter in quinto planetarum termini lineis distincti sunt, atque in ter lineas terminorum gradus distinguêtes, ipsorum domini characteribus proprijs notantur. Sextum autem triplicitatum dominos cõprehendit. Septimum exaltatiões. Octauum domos. Nonum planetarum casum, seu detrimentum. Decimum denique planetarum gaudia complectitur. In medio autem siue centro est index, dignitatum planetarum titulos secum ferens. Cùm quis ergo scire voluerit, an planeta aliquis in suis dignitatibus fuerit, vel alicuius domus dominum elucidare, apposito indice suprà gradum loci ipsius, sub indice, & in directo lineę fiducię omnes planetę dignitates statim apparebunt. Est & alia tabula in figurę medio, dies criticos indicatiuos & intercidentes complectens, cuius vsus in tertio libro capite vndecimo dicetur.

De masculinis & fœmininis gradibus, ac lucidis, fumosis, tenebrosis, vacuis, putealibus, fortunam augentibus, & ijs qui corporis imbecillitatem adferre creduntur quos azemena vocant.

CAP. IIII.

SIGNORVM prętereà gradus quidem sunt qui masculini, alij verò qui fœminini dicuntur. Masculini autem dicuntur, quoniam planetam masculinum in his existentem fortiorem reddunt. Fœminini etiã in planetis fœmininis agunt. Sunt

ćteres ſunt. In quarto ſignorum facies diſtinctę apparent,illiſq; adſcripti ſunt domini. Pariter in quinto planetarum termini lineis diſtincti ſunt,atque inter lineas terminorum gradus diſtinguẽtes,ipſorum domini characteribus proprijs notantur. Sextum autem triplicitatum dominos cõprehendit. Septimum exaltatiões. Octauum domos. Nonum planetarum caſum,ſeu detrimentum. Decimum denique planetarum gaudia complectitur. In medio autem ſiue centro eſt index,dignitatum planetarum titulos ſecum ferens. Cùm quis ergo ſcire voluerit,an planeta aliquis in ſuis dignitatibus fuerit,vel alicuius domus dominum elucidare,appoſito indice ſuprà gradum loci ipſius,ſub indice,& in directo lineę fiducię omnes planetę dignitates ſtatim apparebunt. Eſt & alia tabula in figurę medio,dies criticos indicatiuos & intercidentes complectens,cuius vſus in tertio libro capite vndecimo dicetur.


De maſculinis & fœmininis gradibus, ac lucidis, fumoſis,tenebroſis,vacuis,putealibus,fortunam augentibus,& ijs qui corporis imbecilitatem adferre creduntur quos azemena vocant.

CAP. IIII.

SIGNORVM pręterea gradus quidem ſunt qui maſculini, alij verò qui fœminini dicuntur. Maſculini autem dicuntur, quoniam planetam maſculinum in his exiſtentem fortiorem reddunt. Fœminini idẽ in planetis fœmininis agunt. Sunt

& alij qui lucidi, fumoſi, tenebroſi, & vacui vocãtur, propter ſtellas fixas ibi exiſtentes. Alij item Puteales, qui gradus fortunio infortunióue planetas afficiunt. Lucidi, ſcilicet fortunio, fumoſi verò, tenebroſi & puteales infortunio. Vacui autem neque boni neque mali cauſam adferunt. Augentes fortunam ſunt in locis in quibus ſtellę fixę naturę fortunarum planetarum exiſtunt, aut locum eleuationis bonorum occupãt, aut terminos, aut eum in quo bonorum fines colligantur, qui fortunati dicuntur, quoniam fortunam augent. Sunt denique & alij qui corporis imbecillitatem aut partis, vel detrimẽtum aut diminutionẽ adferre putantur, vel ob ſtellarum fixarum illis in locis exiſtentium prauitatem, aut aliquam aliam cauſam. Cùm ergo in alicuius natiuitate aut quęſtione, Luna aut ſignificator principalis, in aliquo illorum graduum reperitur, niſi is in angulo & in ſua domo aut exaltatione fuerit, & orientalis à Sole, alicuius membri iacturam nato adfert, aut rei quæſitę deperditionem. Hij autem omnes gradus ſuppoſita tabula habentur, cum indice, illorum nomina ſecum ferẽte. Indice itaque appoſito ſuper gradum ſigni propoſitũ, è directo lineę fiduciæ omnes gradus eluceſcunt. Gradus enim maſculini omnes nigri ſunt. Fœminini verò albi. Lucidi autẽ tenebroſi, Fumoſi & vacui ſunt lineis diſtincti. primáq; dictionis litera notati: vt lucidi litera l, notantur, ac ſic in alijs. Reliqui verò Puteales, ſcilicet azemena & fortunã augentes, arithmeticis literis ſcripti ſunt. veluti Arietis ſextus, vndecimus, decimusſextus, vigeſimustertius, & vigeſimus nonus gradus puteales

ſunt, ac ſic de ſingulis ſignorũ gradibus & alijs azemenis, ſcilicet & fortunam augẽtibus: prout in figura ſequenti apparet iudicandum eſt.




De horis inæqualibus, horæ planetarum dictæ.

CAP. V.


NTIQVI diem artificialem in æquales partes duodecim diuiſerũt: eadémq; diuiſione ſunt noctẽ partiti: illas autem partes inęquales horas vocarũt. Inęquales autem dicũtur, quia cùm dies artificiales inęquales ſint, propter zodiaci obliquitatem, & ſignorum aſcenſionẽ, horę pariter inęquales ſunt. Horę enim vnius diei, maiores ſunt vel minores horis diei ſequẽtis, vel noctis eiuſdem diei. Horę tamen horologij ſiue æquatoris, & horæ inæquales, æquales & pares ſunt quando Sol alterutrum punctorum ęquinoctialium tenet: quoniã tunc dies artificialis, nocti æqualis eſt. Eas autem horas, luminarium & reliquarũ ſtellarum errantium dominatu, priſci & pręcipuè Babilonij ac eorum imitatores tribuebant Saturno inter aſtra errantia ſupremum obtinẽte orbem ac ſedem primam ſabati horam temporalem dicauêre, ſecundam Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, ſextam Mercurio, ſeptimam Lunę, octauam iterùm Saturno tribuunt: ac ſic ordine ſecundum planetarum orbium ordinem pergendo vſque ad horas vigintiquatuor, horas, ſcilicet diei duodecim, & totidem noctis. Quinta autem & vigeſima hora, hoc eſt diei ſequentis prima, quarti ex ordine planetę dominio ſubiacet. Quartus autem à Saturno eſt Sol, qui diei dominicę horam primã gubernat: Venus verò ſecundam, & Mercurius tertiam: ac ſic ordine iam dicto procedendo, facilè quis planetarũ, quauis hora diei dominiũ habeat, elicitur. Nos tñ doctrinæ clarioris gratia tabulã hîc appoſuimus, diei horas duodecim, & noctis totidem cõplectentur, cum planetis

dominium

dominium illarum habentibus in quolibet die. Cognita igitur hora inęquali, ac indice ſupra eam appoſito, è directo diei propoſiti in indice ſcripti, planeta temporis dominium habens oſtenditur.



De radiationibus ſiue aſpectibus.
CAP. VI.


ASPECTVS quinque ſunt, Coniunctio ſiue congreſſus, Sextilis, Quadratus Trinus & Oppoſitio. Quorum alij ſunt amicitię, inimicitię alij. Amicitię ſunt ſextilis & trinus: inimicitię autem quadratus & oppoſitio. Coniunctio verò eſt anceps, bonorum quippe


bona,malorum autem mala. Eſt igitur coniunctio, quũ duo planetæ,ſiue per longitudinẽ,ſiue per latitudinem vnico tantùm gradu diſtent à ſe inuicem, vel ſexdecim minutis,quę verior eſt coniunctio.Sed tamen propriè dicuntur coniuncti, quando ſunt in eodem gradu & minuto. Sextilis aſpectus eſt cùm centra duorum corporum planetarũ, duobus ſignis ſiue ſexta zodiaci parte,hoc eſt gradibus ſexaginta, diſtẽt:vnde ſextilis dicitur,qui mediocris & imperfectę amicitię dicitur.quoniam ſigna eo aſpectu cõmunicantia vna tantũ qualitate concordant. Quadratus ſeu tetragonus,eſt quando planetę quarta zodiaci parte,id eſt tribus ſignis vel gradibus nonaginta remoti ſunt.qui quia ſigna ſeſe illo aſpectu reſpicientia vna qualitate diſconueniunt, (aliquando tamen id fit duabus qualitatibus) imperfectę inimicitię vocatur. Trinus verò tertiam circuli ſignorum partẽ,id eſt quatuor ſigna vel gradus 120. inter planetas comprehendit. Et dicitur perfectę & integræ amicitiæ:quia ſigna cum ſignis qualitatibus omnibus coëunt. Oppoſitio demùm fit,quando inter planetarũ corpora ſex ſigna remanent,hoc eſt 180.gradus. Hic autem aſpectus,quoniam ſigna ſuis qualitatibus & ſitu contraria ſunt,perfectę inimicitię appellatur. Horum porrò (vt Iulio Firmico libr.2.matheſeos,cap.25. placet) ſextilis trinus & quadratus duplex exiſtit,dexter & ſiniſter. Dexter aſpectus à poſteriori ſigni parte,à quo numerus incipit, ſumitur. Siniſter verò à parte anteriore. vt (gratia exempli) Aries ſextilem dextrum ad Aquarium, ſiniſtrum ad Geminos habet. Pariter trinum dextrum ad Sagittarium ſini-

rium, ſiniſtrum ad Leonem. ac ſic de cęteris iudicandum eſt. Durant autem hij aſpectus, quãtum perſeuerant planetarum radij: vnde fiunt applicationes (quæ pro aſpectibus in quibuſdam capiuntur, & de quibus in ſequentibus dicetur.) & ſeparationes. Notantur aſpectus proprijs characteribus & geometricis figuris vt ſequitur.

☌ ✱ □ △ ☍

Coniunctio, Sextilis. Quadratus. Trinus. Oppoſitio.

Signorum omnium radiationes & aſpectus adinuicem hoc ſchemate noti ſunt.



De applicatione & ſeparatione.

CAP. VII.



PPLICATIO est quando orbes radiorum planetæ per medium semidiametri ipsorum orbium aspectu aliquo commiscẽt: vel cùm per gradus sex, aut medietatem radiorum aspicientis alteri adhęret. Sed orbes varij sunt ac diuersi: quoniã alij sunt ampliores, breuiores verò alij. Saturnus quippè circulariter nouem gradibus ante & retro suos iaculat radios: vnde semidiameter orbis radiorum Saturni nouẽ: diameter verò graduum decem & octo. Eiusdem quantitatis est orbis radiorum Iouis. Martis autẽ diametri orbis radiorum quãtitas, est sexdecim graduum: semidiametri verò octo. Sol radios suos circulariter quindecim gradus mittit: vnde fit manifestum diametri totius quantitatem esse graduum triginta, semidiametri graduum quindecim. Venus autem & Mercurius vndequaque suos radios in septem graduum longitudinẽ expendunt. Luna denique suos radios circulariter ad duodecim graduum quantitatem fundit: vnde ipsius orbis diameter gradus quatuor & viginti complectitur, semidiameter gradus duodecim. Lunæ itaque cũ Saturno applicatio, sextili aspectu dextro est, quando inter duorum corporum centra, quadraginta nouem gradus cum minutis triginta interiecti sunt, vel quatuor & quinquaginta: sinistro verò cùm gradus septuaginta & minuta triginta, aut sex & sexaginta. Quoniam dimidium semidiametri orbis: Saturni est quatuor graduum & triginta minutorum: dimidium verò semidiametri orbis radiorum Lunæ sex gradus continet. Illæ autem duæ quantitates simul collectę, gradus decem,

minuta

minuta triginta efficiunt. Qui si in aspectu dextro ex gradibus sexaginta auferantur, vel in sinistro gradibus ijsdẽ addantur, manifesta erit applicatio. Atq; hac ratione de omnibus aspectibus & radiationibus planetarum est iudicandum. Separatio autem dicitur, quãdo vno gradu à vero aspectu planeta vnus, alterum relinquit: & semper separari dicitur quousque alterius radios euaserit. vt (gratia exempli) Luna à Iouis congressu separari dicitur, quãdo eum vnico gradu relinquit: & semper separari dicitur, quousq; à Ioue gradibus decem, minutis triginta remota sit: & tunc separata dicitur. Illud tamen non est prętereundum, quòd inferiores ad superiores applicant, atque ab eis separantur: non autem cõtra superiores inferioribus applicant, ac ab illis separantur, propterea quòd motu tardiores & grauiores inferioribus existunt.

De accidentibus planetarum, tum inter se, tum in semetipsis. & primò de prohibitione.

CAP. VIII.

EORVM quę planetis accidunt, in primis est prohibitio. Prohibitio autem est, quę planetarum aspectus, coniunctiones, aut radiationes impedit. Id autem tripliciter, corpore scilicet, aspectu & retrogradatione. Corpus enim planetæ alterius aspectum impedit, dum propiùs planetæ, quã ille qui aspicit, fuerit: vt in sequenti themate cernere licet. Sol in primo gradu Tauri, Martis trinum ad Venerem prohibet. Vel quando gradus tam corpore applicantis,

quàm aſpicientis æquè pares ſunt: vt in iam dicto exemplo Sol eſt in gradu Tauri: Mars verò in primo Capricorni. Aſpectu autẽ fit dum Planetę radij propiùs tertio, quàm aſpicientis vel corpore applicantis fuerint. veluti Luna in ſecundo gradu Cancri, Solis & Veneris coniunctionem ſextili aſpectu prohibet. Luna enim propiùs eſt Veneri quàm Soli. Sol namq; eſt in primo Tauri: Venus verò in tertio. Regreſsione fit, quando planeta alteri applicans, regreditur, antequã eidẽ coniũgatur, aut eum perfectè reſpiciat. Quemadmodũ ſi Mercurius Soli corporaliter applicãs regrediatur. Et talis refrenatio dicitur.

De tranſlatione luminis & naturæ.

TRANSLATIO luminis vel naturę fit duobus modis. Primò cùm leuis planeta à grauiori ſeparatur, dehinc alteri iungitur: tũc primus transfert lumen vel naturam ſecundi ad tertium, ſiue tertius ſecundo grauior, ſiue leuior ſit: veluti quando Mercurius à Sole ſeparabitur, & Veneri applicabit: lumẽ vel naturam Solis in Venerem tranferet. Superiores inferioribus grauiores ſunt: vt Saturnus Ioue, Iupiter Marte, Mars Sole, Sol Venere, Venus Mercurio, Mercurius Luna grauior exiſtit. Grauiores verò inferioribus dicuntur: quoniam illis tardiùs mouentur. Secundò fit tranſlatio, quãdo leuis ſe grauiori iungitur, hic adhuc ſe grauiori: tunc enim medius naturam aut lumen primi in tertium traducit. veluti quãdo Sol Marti applicat: Mars verò Saturno: Mars Solis lumen in Saturnum mittit & tranſportat.

De receptione.

Duplex

DVPLEX est receptio, fortis & debilis. Fortis siue potens est, cùm planeta domino domus vel exaltationis in qua est, aut aliarũ maiorum dignitatum essentialium applicat, & pariter ipse aliquod dominium in loco prædicto habet. Verùm quando vnus alterius dignitates tenet & èconuerso, & applicatio ex trino aut sextili, melior & perfectior receptio creditur. Debilis verò siue impotens fit, quando planeta domino termini aut faciei in qua est, applicat. veluti Luna in Cancro existens, Venerem aspectu sextili in eleuatiõe sua recipit, scilicet in Tauro: Venus èconuerso Lunam in triplicitate sua.

De redditu.

REDDITVS duplex est, virtutis & luminis. Virtutis est quando planeta ex propria domo aut dignitate alia, combusto vel retrogrado existenti iungitur. Hic enim propter sui imbecilitatem virtutem, quam retinere non potuit, aspicienti reddit. veluti in figura sequenti, Venus combusta virtutem Lunæ quam propter imbecilitatem combustione factam retinere nõ potest, reddit. Hic autem redditus quando illi in angulis aut succedentibus fortunati sunt, aut vnus eorum bonus est. Redditus autem luminis est, cùm duo planetæ inter se distentes, alicui tertio iunguntur. Tertius enim illorum lumen colligit, ac ad eosdem, vel alia Zodiaci loca quodam aspectu mittit. Quemadmodum in figura posthabita. Mars Solis & Saturni lumina colligit, & ad eosdem mittit: id autem luminis redditus putatur. Quòd si tertius duobus prioribus grauior sit, ac lumẽ eorum

colligat, luminis collectio dicitur.

De contrarietate.


QVANDO planeta grauis in duorum leuium medio ſitus eſt, & primus ſecundo, hoc eſt grauiori applicans, tertius regreſsione medio ac primo copulatur, tunc fit cõtrarietas: quoniam non ſolùm primi cum ſecũdo congreſſus impeditur, verũetiam tertius cum primo iungitur: vt ſequenti themate patet in Venere, Sole, & Mercurio: quando ſcilicet Venus regreditur Soli: deinde Mercurio coniungitur, ac Solis & Mercurij coïtum impedit.

De luminis abſciſione & fruſtratione.

ABSCISIO luminis parum à contrarietate differt. Fit autem ea dupliciter. Primò, quando tertius pleneta priorem & ſecundum aliquot gradibus in aliud ſignũ antecedit: regreſsione medio, non tamen priori copulatur: veluti ſequẽti figura cernere licet. Si enim Venus regrediatur, & Soli coniungatur, abſciſio luminis fiet. Secundò autem fit, cùm tertius ponderoſioris coniunctionem petens, hícque ponderoſus alterius grauioris aſpectum inheat, antequàm illi prior coniungatur: tunc enim tertius cõgreſſum prioris cum ſecundo prohibet. Veluti dum Mercurius Solis coïtum petens, Sol Ioui quadrato aſpectu copulatur, Iupiter ita Mercurij cum Sole coïtum impedit: idque quoniam ſecundus aliud ſignum iniens ac grauioris aſpectum petens accidit, luminis fruſtratio dicitur.

Sequitur figura prædicta accidentia complectens.

De his



De his quæ planetis cum luminaribus ac in semetipsis accidunt: ac primò de combustione.

CAP. IX.



VANDIV planeta orbe ac radijs Solis tegitur, ita vt nostris minimè se offerat oculis, combustus appellatur. Id autem accidit, quousq; Solis congressum egrediens ab eo gradibus quindecim remotus sit. Cùm verò infrà gradus duodecim remanserit: tunc præcipuè combustus absconsus ac oppressus dicitur. Almugea planetæ dicitur, quando inter eum & Solem, vel Lunam, tot sunt signa, quot sunt in Solis aut Lunę domum & domum ipsius, modo sit occidenta

lis à Sole,aut orientalis à Luna. veluti, cùm Sole existente in Virgine,Venus Sagittarium tenet: tunc est almugea: quoniam à Tauro in Leonẽ signa duo intercidũt: & inter Virginem & Sagittarium totidem. Vel si Venus Leonem,Luna verò Librã teneat, erit almugea: quia cùm Venus à Luna orientalis sit, & signum vnum Cancri & Tauri medium possideat, idem inter Libram & Leonem euenit.

Orientales planetæ dicuntur,cùm noctu ante Solem oriuntur: ac èconuerso in die ante Solem occidunt.

Occidentales verò sunt,quãdo diei tempore post Solem oriũtur, & noctis tẽpore post eum occidunt.

De his quæ in semetipsis accidunt.

EORVM quę planetis in semetipsis accidunt, primò sese offert cursus vacuitas. Est autem cùm aliquis planeta ab vno separatur: sed nulli alteri applicat,donec in eo signo remanserit: tunc enim vacuus cursu vocatur.

Dum verò planeta aliquis signũ tenet,quod nullus planeta respicit: is ferinus siue agrestis putatur.

Peregrinus autem est,qui extra omnes dignitates suas situs est.

In suo haym demùm esse dicitur, masculinus, in signo masculino: Diurnus etiam diei tempore super terram,in signo & gradu masculino: Nocturnus verò & fœmininus contra.

De fortitudine, siue fortunijs planetarum accidentalibus.

CAP.

CAP. X.

PLANETARVM fortuna augetur in angulis ſuccedentibus, vel quando aſcendentem aſpiciunt. Fortitudo item eorum roboratur, quando ſunt in dignitatibus ſuis eſſentialibus, in ſignis qualitatibus eorum conuenientibus, vel in domibus ſui gaudij. vtpote Mercurius in prima, Luna in tertia, Venus in quinta, Mars in ſexta, Sol in nona, Iupiter in vndecima. & denique Saturnus in duodecima gaudet. Virtus etiam eorum roboratur, cũ in circulo ſuę augis, & ſeptentrionales aſcendentes ſunt.

In gradibus pariter maſculinis & quarta cęli maſculina gaudent maſculini planetæ : fœminini verò in fœmininis gradibus & parte cęli fœminina: quẽadmodum quando ſunt à Sole orientales: fœminini autem cùm ſunt occidentales.

Attollitur item diuturnorum virtus in die ſuprà terram, noᶜte autem ſub terra. Noᶜturnorum verò cõtra, diei tempore ſub terra, noᶜte ſuprà robur eorum confirmatur.

Quando etiam motu augẽtur, vel auᶜti ſunt, aut ſunt direᶜti, vel ſaltem in ſtatione ſecunda, fortunati eſſe putantur. Iuuatur item eorum virtus trino, ſextili, aut ſaltem quadrato aſpeᶜtu bonorum planetarum.

Fortiores etiã euadunt Solis in eodem gradu coniũnᶜtione, & eius ſextili, vel trino, atque cùm à Solis radijs exeunt.

Fortunati denique ſunt, quãdo à malis liberi exiſtunt, & quando à quibuſdam recipiuntur.

Lunæ particulares fortitudines.

LVNA lumine & numero aucta siue motu, non cursu vacua, hoc est aliquam aspiciat, fortis est & fortunata.

De planetarum infortunijs.
CAP. XI.



NFORTVNIO afficiuntur planetæ, quãdo sunt cadentes ab angulis, neque ascendentem respiciunt. Quando etiã sunt extra dignitates suas essentiales, vel dignitatibus malorum, vt termino Saturni vel Martis, aut in proprijs casibus, & domorum suarum oppositione. Deprimitur etiam eorum virtus regressione, vel quando sunt in statione prima, aut meridionales præcipuè descendentes.

Masculinorum item fortuna minuitur in gradibus fœmininis, & quando à Sole occidentales sunt, ac in quarta cęli fœminina.

Fœmininorum verò quando in masculinis gradibus & parte cæli masculina, ac orientales existunt. Atque quando diei tempore diurni sub terra, & nocturni supra reperiuntur. Infœlices redduntur planetæ motus tarditate, & caudę Draconis pręsentia.

Quotiescũque pariter inter duos malos existunt, hoc est dum à malo separãtur, alteri malo applicant, infortunio afficiũtur. Dum etiam combusti sunt, id est sub Solis radijs, vt iam anteà patuit, aut viam cõbustam percurrunt (via autem combusta sumitur à decimotertio gradu Libræ, vsque ad nonũ Scorpionis gradum

nis gradum) pari infortunio affecti sunt. Infortunium etiam recipiunt malorum aspectu, quadrato præcipuè oppositione & coniunctione. Quadrato pariter, & oppositione Solis aspectibus labefactatur eorum potestas. Eodem capiuntur detrimēto, quando mali super bonos sunt eleuati, aut boni malis retrocedentibúsue applicant.

Particularia impedimenta Lunæ.

LVNA cursu vacua, motu ac lumine diminuta, malo afficitur. Quando etiam signum à domo duodecimum motu percurrit: hoc est signum Geminorum, quod à Cancro duodecimum est, vel ex suo loco Cancrum non respicit, aut est in prima & duodecima domibus, pari detrimento afficitur.

Cùm denique eclipsim patitur, aut in sui incremento cum Marte, aut decremento cum Saturno perambulat, aut è suo loco locum coniunctionis vel oppositionis immediatè præcedentis non respiciat, infortunio laborat.

De duodecim cœli domibus.


CAP. XII.



ANTIQVI qui de Astrologia scripserūt, vanè domos cælestes partiti sunt. Nos tamē breuitatis gratia, opiniones varias relinquētes, ac Ioannem Regiomontanum secuti, eas quatuor circulis distinximus (vna cum meridiano & horizonte) transeuntibus per intersectiones duas, meridiani horizontis, ac cælum diuidentibus in duodecim partes inæquales, quas do-

mos vocant. Primò itaque horizonte meridianóq; tota cæli ſphęra in quatuor partes diuiditur: quarũ principia cęli angulos ſiue cardines nominant. Per cardines verò intelligunt, quatuor eclipticæ gradus qui meridianũ tam in media nocte, quam meridie: & horizontem tam exortiuum, quàm occiduum ſtata hora pertingunt. Hiique gradus primę, quartę, ſeptimę, & decimę domorum ſunt cuſpides & exordia. Reliquę domos habentur quatuor iam dictis circulis tranſeuntibus per interſectiones duas meridiani circuli & horizõtis: quorum omnium in æquatore æqualis eſt diſtentia. Ipſarũ igitur domorum principia ab illis ducuntur circulis. Prima namque exordium ſumit ab horizonte exortiuo, ſecundum ſignorum ordinem finem facit ac terminatur circulo ſuccedenti, vbi ſecunda incipit, ac ſic pergendo reliquę domus habentur. Harum autem quatuor cardines appellantur. Quatuor verò illis ſuccedẽtes, & cadentes totidem: vt ſequenti ſchemate patebit.

De domo-



De domorum significationibus.
CAP. XIII.



NAQVAEQVE domus suas habet proprias significationes, & pariter domini triplicitatis domorum. Per dominos autem triplicitatis domorũ intelliguntur, domini triplicitatis signi domum constituentis, de quibus anteà dictum est. Significationes igitur dominorum triplicitatum, atq; domorum, hîc ordine exprimuntur.

De prima domo, quæ dicitur vita.

PRIMA domus quæ orientis angulus & horoscopus est: vitam, corpúsque nati & interrogantis,

ac omnium rerum electionum, vitę & natiuitatis principium ſignificat, cuius nomen eſt vita. Primus triplicitatis dominus, vitam & naturam nati ſeu interrogantis ſignificat. Ex eo item, quid diligat, & habet in vitæ ſuę exordio, cognoſcitur. Ex ſecundo de vita, corpore, fortitudine ac vitę medietate iudiciū facimus. Tertius eaſdem cum primis ſignificationes habet, finémque vitę regit.

De ſecunda, quæ ſpecies vocatur.

SECVNDA eſt ſubſtantię, diuitiarum & miniſtrorum domus: atq; ideò nomen ſpes, ei inditum eſt. Fortior autem qui fuerit ex primo & ſecundo triplicitatis dominis, is ſubſtantię author eſt. Primus tamen in vitæ principio, ſecundus in media ætate, tertius in fine eam adfert.

De tertia, quæ Dea vel fratres appellatur.

TERTIA domus de fratribus, ſororibus, amicitijs, fide ac religiōe, mutationibus itineribus minoribus, ac cōſobrinis nobis cūcta refert: cuius nomen eſt Dea, & triplicitatis eius domini eas habent ſignificationes. Primus dominus triplicitatis fratres maiores oſtendit. Secundus de mediocribus fratribus docet. Tetius cuncta de minoribus profert.

De quarta, nomine Parentes.

EX quarta domo quę parentes vocatur, de patribus, domibus, terris, hęreditatibus antiquis (non tamen de hęreditatibus mortuorum) omnibúſque immobili-

immobilibus, vt de caſtris & ſimilibus, ac de abſconditis theſauris, & omnibus ſepultis, ac fine rerum, certum verúmque iudicium elicimus. Ex dominis verò triplicitatis quę ſequũtur. Ex primo de patribus iudiciũ profertur, ex ſecũdo de caſtris & ciuitatibus cuncta cognoſcimus: ex tertio rerum fines iudicamus.

De quinta quæ dicitur filij.

QVINTA nomine filij liberis, dilectionibus, legatis & donationibus pręeſt. Primus triplicitatis dominus vitam & filios ſignificat. Secũdus dilectionē: tertius verò legatos.

De ſexta domo quæ vocatur valetudo.

SEXTA domus infirmitates, ſeruos & ancillas ſignificat. A' ſexta item quicquid ante ſenectutem venturum eſt, elicitur: mutationes etiam de loco in locum, & animalia parua denotat. A' primo autem triplicitatis domino infirmitates, langores ac triſtitię ex infirmitatibus prouenientes cognoſcuntur: à ſecundo ſerui: à tertio vtilitates ex ſeruis pendentes pręducuntur. Ex eo item de animalibus eorúmque multitudine cuncta dicuntur.

De ſeptima quæ vocatur coniunx.

SEPTIMA nuptiarum, mulierum, contentionum, bellorum, inimicorum, latronum, exulum & medietatis finis vitæ domus eſt. Eſt quoque emendi, vendendi & fugitiuorum domus. Primus triplicitatis dominus de mulieribus iudicat. Secundus de con

tentionibus. Tertius autem de commixtionibus & participationibus iudicium profert.

De octaua domo, quæ mors vocatur.

OCTAVA domus mortē, laborem, triſtitiam, mortuorum hęreditates, ac vitę finē nobis pręſagit. Huic mortis nomen tributum eſt. Primus dominus triplicitatis octauę domus, mortem regit ac moderatur. Secundus pręcepta, aut res antiquas docet. Tertius mortuorum hęreditates oſtendit.

De nona domo, cuius nomen eſt religio vel Deus.

NONA domo religio, fides, viſio, ſapiētia, deitas, cultura, rumores, ſomnia, legati, futurorum narratio, dimidium vitæ, & longua itinera pręgnoſcuntur. Atque nomine religio vel Deus vocatur. Primus triplicitatis dominus peregrinationes, & ea quę in ipſis accidunt, docet. Secundus fidei ac religionis & eius accidentium rector eſt. Tertius ſomniorum interpres & ſapientię gubernator.

De decima, nomine M.C.

DECIMA regia domus eſt. Ab hac enim de imperijs, dignitatibus, officijs, artibus exercēdis, matribus & ſubſtantia furtim ſublata cuncta diſcimus. Hęcque medium cęli ſiue angulus appellatur. Primus triplicitatis dominus, operum & exaltatiōis eſt moderator. Secundus imperij vocem & audaciam tribuit. Tertius in dignitatibus ſtabilitatē & permanentiam ſignificat.

De vndeci-

De vndecima, quæ bonus dæmon dicitur.

VNDECIMA spei, fortunæ, fiduciȩ, pedit um regis adiutorium, & eius qui proximè ad regẽ accedit domus est. ab ea etiam de laudibus iudicium capitur, & dicitur bonus dȩmon.

Primus triplicitatis dominus fiduciȩ promissor est. Secundus laborum. Tertius autem vtilitatum à laboribus prouenientium, fundamentum existit.

De duodecima domo, nomine malus dæmon.

DVODECIMA domus, quæ malus dȩmon vocatur, de inimicis occultis, deceptoribus, inuidis, mœroribus, carceribus, malis cogitationibus, susurrationibus, maioribúsq; animalibus, ac de his omnibus siue bonis, siue malis, quæ in partu mulieribus accidunt, verũ definitúmq; dat iudiciũ. Primus triplicitatis duodecimȩ domus dominus, occultorũ inimicorũ dominus est. Secũdus, laborũ. Tertius verò animalium princeps est, ac gubernator existit. Hȩ sunt breuiter de domorũ duodecim significationibus, & magna cum diligentia memoriæ mandanda.

Qua ratione aliæ domorum duodecim significationes inueniendæ sunt.

CAP. XIIII.



COGNITIS & penitùs perceptis primis domorum significationibus, in pro cliuij est reliquas inuenire. Numerando itaque eas ordine ac succesſiuè secundum naturalem signorum progresſionem & ordinẽ. Secũda semper de prȩcedentis domus substantia cer

tum dat iudicium: Tertia autē de fratribus: Quarta de patribus & hæreditatibus, ac alijs ſignificationibus quartę domus: Quinta de filijs: Sexta de infirmitatibus ac ſeruis: Septima de vxoribus ſiue mulieribus: Octaua de morte: Nona de religione: Decima de regno ac imperio: Vndecima de amicis: Duodecima de inimicis occultis iudicat. Vnde his nominibus denominatę ſunt: Vita, Spes, Dea, vel Fratres, Parentes, Liberi, Valetudo, Coniunx, Mors, Religio vel Deus, M. C. Bonus dęmon, malus dęmon. Per hęc enim nomina & loca (vt inquit Iulius Firmicus) totiùs genitur ę fit iudiciū. Quę ſi diligenter reſpiciantur, & quale in his ſit planetarum dominium, nihil eſt de quo verum non proferatur iudicium. Illę autē ſignificationes non ſolùm accipiuntur ſumendo ab aſcēdente initium: verumetiam ab vnaquaq; domo ducendo exordium. Quo fit vt alię domus, plures alias ſignificationes ac propemodùm infinitas habent. Tamen vt clarior doctrina euadat, exemplum de vna atque altera domo dabimus.

De prima domo.

QVVM prima domus ſecunda ſit à duodecima, de ſubſtantia ac diuitijs & famulis inimicorum occultorum meritò iudicabit. Et quoniam tertia eſt ab vndecima domo, de fratribus amicorum, & reliquis quę tertia domus denotat, iudicium feret: quia verò quarta eſt à decima, patres Regum, eorúmque hęreditates & caſtra gubernat. Significat etiam religioſorum liberos, eo quod à nona quinta ſit. Et de familiarium inimicorum publicorum, vxorúmq; cum

viris non

viris non morantium seruis, & ægritudinibus cuncta dicit: quia ab octaua ordine sexta reperitur. Inimicorum prętereà vxores comprehendit: quoniam à septima, Septima numeratur. De morte seruorum iudicat, eo quòd octauo loco à sexta ponitur. Cuncta item de filiorum religione ac longa itinera recitat, vtpote quod sit domus religiõis siue nona à quinta inchoando. Dignitates item ac imperia patrum, ex ea cognoscũtur, cùm sit decima à quarta. De amicis fratrum recitat, quod sit vndecima à tertia. Inimicos occultos ministrorum deniq; arguit, propterea quòd duodecima est à secunda.

De secunda domo.

EADEM ratione & ordine secunda de fratribus & sororibus inimicorũ occultorũ iudicat: quia numerando ordine tertia est à duodecima. Patres etiam amicorum representat: quoniã quarta domus est ab vndecima. Filios pariter Regum gubernat, eo quòd quinta sit à decima. De seruis item & infirmitatibus religiosorum iudicat, vt ea quę naturali domorum ordine, à nona sextum locum tenet. Ab ea insuper vxores familiarium inimicorum agnoscuntur: quoniam septima est ab octaua. (Octaua autem domus inimicorũ familiares, non per se primariáue significatione, regit: sed quoniam secunda est à septima, quę inimicos ac vxores primariè significat.) Prętereà vxorum mortis causa ab ea petitur: quoniam à septima octauum locum tenet. Religio item seruorũ ac longua eorum itinera ex secunda domo cognoscũtur: quoniam nona est à sexta. Domini ac digni

tatis filiorum causa ab ea petitur: quia decima est à quinta. Amicos pręterea ac fortunam patrum significat, vt quę à quarta vndecima sit. Occultos deniq; inimicos fratrum significat: vtpote quod sit duodecima à tertia. Atque ita de cęteris domibus iudicandum est. Illę tamen significationes longiùs adhuc protenduntur: veluti si quis quęrat in qua domo patruum substantia ponenda sit. Primò videndum est quænam domus patruũ dominium habet, id quod vt sciatur, videndum est quæ domorum duodecim tertia sit à quarta, quia quarta patrem denotat. & tertia domus ab aliqua domo fratres significat. Igitur sexta domus quę tertia est à quarta domo, patruos representat. Patruus enim frater patris est. Substantia autem patruum septima domo cõtinetur: quoniam secunda est à sexta. Possunt multę ac diuersę in vnaquaque domo inueniri significationes, quas qui ritè prędicta perceperit, facilè inueniet: idcirco compendiosè breuitatis causa ad reliqua ipsi conuertimur.

De inuentione domini alicuius domus, qui Arabibus Almutem dicitur.

CAP. XV.



QVOD Arabes Almutem vocant, latini dominum appellant. Almutem enim vt testatur Alcabitius idem est quod vincens. Dominus ergo ascendentis aut alicuius alterius domus, est planeta plures in eo loco dignitates habens, & fortior existens. Si itaque scire cupis, quisnam planetarum dominus sit ascendentis: vi

de quod ſignum,& quis ſigni gradus primę domus principium tenet. Cum eo enim ſigno & gradu ſi in tabulam dignitatum planetarum intraueris, atque indice appoſito ſuper gradum ſigni inuenti, ſtatim ſub indice è directo lineę fiducię, planetarum omnes dignitates apparebunt: vt gratia exempli. Si quęſtio aliqua propoſita fuerit, cuius aſcendens ſit quintus gradus Arietis: ac aſcendentis dominum inquirere placet. Appoſito indice ſuper quintum Arietis gradum, in tabula dignitatũ planetarum: video Solem in Ariete habere exaltationem, atque ob id quatuor virtutes. (Vides ergo quòd quamuis Solis exaltatio ſit in nono & decimo gradu Arietis tamen per totum Arietis ſignum transfertur, quemadmodum alię planetarum eleuationes) habet item triplicitatis dignitatem: quoniam quęſtio diurna eſt, & ob id tres fortitudines poſsidet. Quoniam verò Martis domus eſt Aries. Mars ibi ex domo quinque dignitates habet, & vnam ex facie. Iupiter demùm propter terminum, duabus prędituS eſt dignitatibus. Sol igitur dominus eſt ſiue almutem aſcendentis, vtpote quòd pluribus dignitatibus poleat. Polet enim exaltationis & triplicitatis dignitatibus: vnde ſeptem numero habet. quatuor, ſcilicet exaltationis, tres verò triplicitatis cauſa Marti verò ſex ſunt dignitates, quinque ex domo, & vnã ex facie. Iupiter denique duas tantummodò propter terminum dignitates habet. Quòd ſi duo reperiantur planetę eodẽ in loco æqualibus dignitatibus prędit: tum videndum eſt an alter eorum ſit in aſcẽdente ad duos tres vel quatuor gradus propè principiũ primę domus: quoniã is quam-

uis duas tantummodò dignitates haberet, dominus erit. Alter autem qui eodem in loco omnes quas habere poſsit dignitates habet: ob id tamen dominus non eſt. Si verò nullus ſit in aſcendente: videndum eſt an aſcendentem aſpiciāt: is enim qui meliori fortioríque aſpectu eum aſpicit, dominus erit. Si autem aſcendentē non aſpiciant, aut aſpectu æquales ſint: tunc qui eorum fortior in cęlo fuerit, id eſt ſi vnus fuerit in angulo, alter in ſuccedente domo: vel vnus in ſuccedente, alter in cadente: dominus ſiue vincēs exiſtimatur. Quòd ſi adhuc æquales fuerint: reſpice quis eorum ſit in gradu ſibi conuenienti, hoc eſt maſculinus in maſculino: fœmininus in fœminino, vel in lucido, tenebroſo, puteali, vacuo, azemena, & fortunam augente gradibus: quia qui fortior fuerit, dominus vocabitur. Si deniq; in omnibus ambo ſunt æquales: tūc domus alijs dignitatibus præeſt, & exaltatio triplicitati termino & faciei prępονitur. Veluti (exempli gratia) ſi in quæſtione propoſita diei tempore, cuius aſcendens ſit ſecundus & vigeſimus gradus Arietis, aſcendentis dominum inquirere lubet. Appoſito indice ſuper gradum Arietis vigeſimumſecundum, in dignitatum tabula, ſtatim ſub indice apparet quòd Aries Martis domus eſt, & quòd in his gradibus terminum ſuum Mars ipſe poſsidet: atque ob id in eo loco dignitates ſeptem obtinet, quinque ſcilicet à domo, & duas à termino. Solis pariter ſeptem ſunt dignitates: quatuor nempè exaltationis, & tres diurnę triplicitatis gratia. Venus autem vnam tantùm propter faciem ibi poſsidet. Iam verò in dubium vocatur, quis duorum dominus aſcēdentis vocabitur:

cabitur. Sed quoniam Sol in decimæ domus principio inuentus est, ascẽdentem quadrato aspectu aspiciens, & Mars in domo sexta nullam cum ascendente communionem habens, Sol ascendentis dominus erit. Mars tamen cum Sole particeps est, ob eius plurimas in Ariete dignitates, & in ascendente cum Sole dominium obtinet: quãuis Sol principatum teneat. Hac igitur ratione reliquarum domorum domini inquirendi sunt.

Qua ratione tabularum in ephemeride positarum adiumento, domus cæli erigendæ sunt in qualibet horæ diei.

CAP. XVI.



ETSI diuersa sint tempora ad quę figurę cęlestes erigi possunt: tamẽ ea ad duo reducimus: Meridianũ scilicet, & pomeridianum. Tempus autem pomeridianum sumitur à meridie diei vnius ad alterius diei sequentis meridiem: hoc est numerando ab vna hora vsque ad horas quatuor & viginti. Primò igitur de domorũ erectiõe in meridie, quoniã minus dificultatis habet, dicemus: deinde in pomeridiano tẽpore. Si igitur meridiei tẽpore cęlithema siue domos erigere placet: delineata priùs (astronomico more) figura, locus Solis meridiei propositi in ephemeridũ tabulis perquiratur. Inuenietur aũt in directo diei tui propositi, & in tabula tuo anno seruiente. Ipse autẽ gradus inuẽtus, cum minutis (si quę sint) in decimę domus principio siue cuspide ponatur, vna cũ signi charactere sub quo tunc Sol existit. Hoc facto quęratur inter

tabulas domorũ, tabula altitudini poli regionis tuæ ſuppoſita, in quaquidem tabula quęrẽda eſt columnula domorum cui prępfixum eſt ſignum in quo Sol inuentus eſt: & ſub titulo decimæ domus, gradus integri reperiuntur (additis, aut omiſsis aliquibus minutis) in quibus gradus Solis inuẽtus ad dextram in recta linea, gradus ponendos cum ſuis ſignis in vndecima, duodecima, prima, ſecunda & tertia domibus vt ſuprapoſitus titulus admonet, indicabit: & ſic ſex domos figurę erectas habebit. Reliquę verò per ſigna oppoſita cum ſuis gradibus inuenientur. Si autem tempus datum poſt meridiem fuerit: eodem modo gradus Solis hora propoſita inuentus, quęrendus eſt in tabula domorum tuo loco ſeruiente, & in columnula cui ſignum loci Solis præfixum eſt ſub titulo decimę domus, cui ad ſiniſtram in columnula, cui titulus inſcribitur tempus à meridie, reſpondent horæ & minutę temporis pomeridiani: quibus horis & minutis, horę & minutę tẽporis oblati addendę ſunt: * ac etiam quoniam Sol ſex horarum ſpacio, quindecim minuta gradus ſigni, motu proprio conficit, & illis quindecim minutis, quarta vnius æquatoris gradus pars correſpõdet: quęquidem quarta pars vnum minutum temporis valet. Ideò pro quibuſlibet ſex horis pomeridianis, agregato vnum minutum temporis addendum eſt. Si autem horas vigintiquatuor gregatum ſeu horarum & minutorum ſumma ſuperat: ab ea auferendę ſunt vigintiquatuor horæ. Reſiduum autem ſic æquatum aut agregatum quęre in eadem tabula domorum, & columnula cui titulus inſcribitur tẽpus à meridie. Quod ſi eum numerum

post. 24. horas abla tas si auferendę sũt.

non inue-


non inueneris:tum proximè minorem si acceperis, leuissimum committes peccatũ,& è directò ad dextram in recta linea transuersali respondebũt sex domorũ gradus & signa: reliquę verò per signa signis opposita & gradus oppositos inuenietur facilè. Non contendo si quis arithmeticę peritus eas modo exactiori velit erigere:id illi per me licebit. Rudioribus enim & artem discentibus hîc studeo,integros gradus pręfigens, ne dificultate eorum ad minutias & secundas reducendas ingenia onerem.

De collocandis planetis in figura.

CAP. XVII.



RECTA figura planetæ omnes vna cum capite & cauda draconis,in ipsa aptendi sunt:id quod hac ratione fiet. Locus planetæ in ephemeride hora proposita inuentus,in domibus perquiratur: quo reperto, ibi planetam locabis. Sed signum loci planetę aliquando (idque sępissimè) in aliqua domo notatur, in qua non est planeta ponendus: quoniam gradus loci ipsius in alia sunt: in qua (vt exemplo sequenti patebit) planeta cum gradu minuto atque signi,in quo inuentus fuit,charactere,collocandus est. Character autem signi scribitur, cùm in domus principio aliud signum scriptum est.



SOL in decimoquinto gradu,&quinta minuta Arietis inuentus eſt: qui in ea domo in qua gradus 15 prędicti ſigni inuenietur, collocãdus eſt. Ipſe autem gradus eſt, non in decima domo, quamuis ibi Arietis character ſcriptus ſit, ſed in nona: quoniam principium ducit à 25 gradu Piſciũ,& Arietis gradu vigeſimoſexto terminatur. Igitur eadem in domo Solem locabis cum gradibus & minutis ac ſigni Arietis charactere: vt in exemplo ſuprapoſito patet. Eadem in domo poſiti ſunt Saturnus&Mercurius cum gradibus &minutis, in quibus reperti ſunt. Venus in 17.grad.& 31. minut. Piſciũ inuenta in octaua domo poſita apparet: quoniã domus octaua à primo Piſciũ gradu exorditur,& eorundem gradu quinto & vigeſimo finem facit. Hoc igitur ordine reliqui planetę poſitę ſunt,

pôſitę ſunt, cum capite & cauda Draconis. Caput in ephemeride notatur, ſed non cauda: verum ea ſemper in oppoſitione capitis eſt.

De partibus quibuſdam, earúmque inuentione.
CAP. XVIII.



ARS fortunę ſimiliter in figura aptanda eſt, & ſi de ægro queſtio fiat, pars vitę vna cum mortis & planetæ interficientis partibus, vt poſteà dicetur in tertio libro: ſed tamen earum inuentionem in pręſentiarum docebimus. Pars vitę diei tempore à Ioue in Saturnum ſumitur. Noctis autem tempore contra, & ab aſcendente vtroque tempore proijcitur. Pars fortunę, in die à Sole in Lunam, in nocte autem à Luna in Solem ſumitur, & vt pars vitæ tam diei quàm noctis tempore aſcendenti additur. Pars mortis, nocte diéque à Luna in gradum domus octauaę capitur: ac à ſigno in quo eſt Saturnus, proijcitur. Pars planetę interficientis, diei tēpore à domino aſcēdentis in Lunā numeratur. Cōtra verò à Luna in dominū aſcēdentis accipitur, & ab aſcendente proijcitur. Cùm ergo partis alicuius locū indagare placuerit, reductis priùs ſignis ad numeros ordine, ita vt Aries primum locum teneat: Taurus verò ſecundum, ac ſic deinceps ita vt Piſces duodecim reperiantur, vt ſequitur.

Pars fortunę

Aries.	Taurus.	Gemini.	Cancer.	Leo.	Virgo.	Libra.
1	2	3	4	5	6	7

Scorpius.	Sagittarius.	Capricornus.	Aquarius.	Piſces.
8	9	10	11	12

Tum aufer locum illius planetę à quo pars vſque in alterum fertur,& differentiam gradui vel aſcendenti,vel alicui ſigno,vt in partis illius expoſitione dicitur,addas. Si verò demi non poteſt:tunc ſigna duodecim ſignis &gradibus à quibus ſubſtractio fieri debet,addenda ſunt:facto enim initio ab Ariete, vbi numerus deſinet,pars ponenda erit. Veluti (exempli gratia) ſi partis fortunę locum in pręcedenti figura inuenire lubet:quoniam diurna eſt figura,locus Solis à loco Lunę auferēdus eſt. Locus autem Lunę eſt, duorum ſignorum,graduum trium & minutorum vndecim. Solis verò locus eſt, quindecim graduum tantū,& quinque minutorū. Si ergo à ſignis 2 grad. 3 minut. 11 aſtronomica ſubductione gradus 15 & minut. 5 demantur. Signum vnum, gradus. 18. & minutę 6 ſupererunt: quę ſi aſcendenti gradui addantur ſigna 5 gradus 28 & minutę 6 prouenient: quoniam aſcēdens eſt ſignorum 4, & graduum 10. Facto igitur ab Ariete initio,partis fortunæ locus in 28 gradu & ſexta minutorum virginis erit. Hoc itaque ordine in aliarum partium hoc loco poſitarum, &aliarum inueſtigatione procedendum eſt. Verum illud neminem laterevelim,quòd in omnibus differentia gradui aſcendenti addenda nō eſt: (vt in parte mortis in qua differentia loco Saturni addenda eſt) ſed tamen in omnibus ab Ariete ducendum eſt principium.

Superuacaneū est addere signa uel gr. a principio V. cū idem resultet si gr. ascendentis tm addant. & ab eodem signo ascendente p[ro]iiciant. ut uidere est.

Quæ ſunt obſeruanda priuſquàm de re quæſita iudicium fiat.

CAP. XIX.

Iam verò


48


[illegible] à quo pars vsque in [illegible] gradui vel ascenden [illegible] expositione dici- [illegible] tunc signa duo- [illegible] substractio fieri de [illegible] Ariete, vbi [illegible] exempli [illegible] figura [illegible] signis 2 grad. [illegible] gradus 15 & [illegible] gradus 48. & [illegible] gradui ad- [illegible] prouenient: [illegible] & gradum 10. [illegible] Ariete initio, partis fortunæ locus in [illegible] minutorum virginis erit. Hoc ita- [illegible] hoc loco positarum, [illegible] procedendum est. Verum [illegible] quòd in omnibus diffe- [illegible] nō est: (vt in par- te [illegible] in qua differentia loco Saturni addenda est) sed tamen in omnibus ab Ariete ducendum est principium.

Quæ sunt obseruanda [illegible] de re quæ [illegible]


CAP. XIX.


Iam verò


42


53

56


64


66

aut cum maximo labore, aut minimè perficietur. Quoniam omnes omnium rerum operationes regreſsio retardat, aut prohibet. Animaduertendum item diligentérque cauendum eſt, ne aſcendentem aut medium cęli aliúmue angulum maleuoli planetæ & infortunati teneant: pręcipuè ſi alicuius prauæ domus ſint domini, videlicet ſextę, octauę vel duodecimę, neque etiam in his locis pręcipuè aſcẽdente & decima ſtellę fixę naturę malorũ ſedem habeant. Sexta item, octaua vel duodecima domus natiuitatis quęſtioníſue in operis principio aſcẽdere non debẽt. Illę enim domus nullã cum aſcendente cõmunionẽ nullúmq; aſpectũ habẽt: ideò prauę ſunt & peruerſę, detrimẽtúmq; adferũt, & ob id iurè & meritò vitandę ſunt. Tempore pręthereà cõiunctionis, oppoſitio níſue luminariũ nullum opus principiũ ſumere debet: pręcipuè ſi cum capite vel cauda Draconis ſint. illorum autem alterutrũ in aſcẽdente atq; in domo rei quęſitę, vel cum parte rei fugiendum eſt. Cauda tamen capite deterior eſt. Luna etiam in ſecunda, ſexta, octaua vel duodecima domo ſita mala eſt & iniqua, atque ob id in his locis fugienda eſt. Pars deniq; fortunæ in rei alicuius principio à Lunæ aſpectibus aut cõiunctione remota, aut cadẽs ab angulo eſſe non debet. Verum ſi eam aſcendenti domino cõiungas, aut in illius aſpectu ſtatuas, magnã operatiõi tuę vtilitatẽ exhibebis. Hęc igitur de electiõibus breuiter dicta ſufficiãt. Rem exẽplis aliquibus luſtraſſem niſi in tertiũ librũ omnia trãsferrẽtur: quo quotpe medicamẽta, tã externa, quã interna adhibere cõueniat, docemus. quare ad eũ beneuolos lectores relego.

FINIS.

FRAGMENTVM

DE MORBIS ET DIEBVS CRITICIS EX ASTRORVM motu cognoſcendis, Claudio Darioto Pomarcenſi medico authore.



EDICI PRÆCIPVVM officium eſt morbos depellere. Id aũt ante quàm morbus, eiúſq; cauſa & pars laborans cognoſcã tur ægrè fit. Morborum verò alij ſua natura inſanabiles ſunt: vt pote qui hominem ad mortẽ vſque concomitantur: vt elephantiaſis cõfirmata: alij verò ſanabiles. Alij item ea ſunt qualitate prędíti: vt intro latitantes homines tandem interimunt, & quorum cauſa atq; ortus ſępiſsimè ignorantur. Quare quum eorum cognitio ſit difficilis: dicam qua ratione ex aſtrorum motibus pars laborans, morbus, eiúſq; cauſa & morbi finis dignoſci queant: vt ſaltem ſi morbus curari nõ poteſt, eius finem medicus pręnuntiet. Hac enim ratione omni ſuſpitionis crimine vacare poterit. Dicã itaque in primis quibus corporis partibus quibúſq; morbis ſigna, domus & planetę pręſunt: deinde ad ſignificatores & reliqua progrediar.

In quas corporis partes ſigna & domus imperium habeant, & quibus morbis præſint.

CAP.

CAP. I.

1 ♈ PRIMA domus & Aries caput totum & faciē regunt. Omnes prętereà capitis ægritudines, vt epileptia, apopletia, aurium, oculorum, narium, dētium & oris dolores, & reliqui morbi in capite prouenientes Arieti ſubijciuntur.

2 ♉ Secunda cum Tauro collum & gutturis nodum poſsidet. Taurus item in omnes gutturis & colli infirmitates vt anginam, dominatur.

3 ♊ Tertia cum Geminis humeris, brachijs, manibus, omnibúſq; morbi in his partibus (pręcipuè à ſanguine) prouenientibus præeſt.

4 ♋ Pectus, ventriculus, coſtæ, pulmones & lien, quartæ domus & Cancri dominio ſubiacent. Pruritus inſuper, ſcabies, lepra, puncturæ faciei, capilorum defluuium, puſtulæ, impetigines & ſerpigines morbi à Cancro reguntur.

5 ♌ Quinta cum Leone dorſum, cor, hepar, latus & ſcapulas obtinet. Morbi prætereà omnes qui in diaphragmate ac omnibus ijs partibus proueniũt, Leonis imperio ſubduntur.

6 ♍ Sexta ac Virgo ventrem, epiploom, graciliáque inteſtina dirigit. Virgo item morbos omnes in partibus his prouenientes ad ſe allicit.

7 ♎ Septima atque Libra lumbos, renes, craſſa inteſtina, pectinem & vmbilicum regunt. vrinę inſuper retentio, ſanguinis fluxus per inferiora, & viſus obſcuritas, Libræ imperio ſummittuntur.

8 ♏ Scorpius & octaua domus inguinibus, veſicę, teſtibus, vuluę, ano & natibus præſunt. Omnes etiam

morbi Cancri dominio ſubiecti cum ijs, qui in partibus Scorpioni ſubiectis proueniunt, Scorpione reguntur.

9 ♐ Nona cum Sagittario femora, coxáſque cuſtodiunt. Harum denique partium morbos cum cæcitate, febre, caſu ab alto, morbis ab animalium ictu prouenientibus, & membrorum abſciſione, Sagittarius fouet.

10 ♑ Genua autem cum poplitibus Capricorno & decima domo reguntur. Morbi item omnes in genibus & poplitibus prouenientes cum ſcabie, pruritu, elephantiaſi, puſtulis, impetigine, ſerpigine, ſurditate, ſubloquendi impotentia, quartana febre, & oculorũ caligine à Capricorno incrementũ ſuſcipiunt.

11 ♒ Cruribus itẽ & tibijs vndecima & Aquarius æquè prædominant. Aquarius etiam melancholiã morbum, icteritiam nigram, venarum inciſionem, & morbos tibias cruráque affligentes regit.

12 ♓ Duodecima deniq; & Piſces, pedibus & tallis pariter dominantur. Piſces ꝑtereà morbos in his partibus prouenientes cum ſcabie, lepra, pruritu, puſtulis, impetigine & ſerpigine regit ac moderatur. Hęc igitur de zodiaci ſignis & cęli domibus pro noſtri inſtituti ratione ſatis dicta ſunt. Nunc autem reſtat, vt de planetis ſeptem pariter dicamus.

Quibus corporis partibus, quibúſque morbis, & quibus facultatibus planetæ imperant.

CAP. II.

Ii primo


N PRIMO noſtri opuſculi libro, planetarum omnium naturã, prout noſtri inſtituti ratio poſtulabat, breuiter expreſsimus. Nunc autem reliquum eſt, vt in quas corporis partes & morbos imperiũ habeant, paucis ac breuiter dicamus.

♄ Saturnus itaque dextram (ex corporis partibus) aurem, ſplenem & veſicam obtinet. Ex morbis phtiſim, catharum, paraliſim, hidropẽ, quartanam, ecticham, podagram, elephantiaſim, morpheam, cancrum, diarheam, ſplenicam paſsionem & alios morbos frigidos & ſiccos, & ex his qualitatibus ortos, fouet. Ex facultatibus autem, retentricem adiuuat.

♃ Iupiter hepati, pulmonibus, coſtis, cartilaginibus, ſanguini & ſpermati pręeſt. Anginam item, pleuritidem, peripneumoniam, apoplexiam ſanguineam, ſpaſmum, cephalalgiam, cardiacã, & reliquas ægritudines à flatibus, vel ſanguine ortum habentes moderatur. Digeſtiuam etiam nutritiuam & concoctricem ex facultatibus fouet: quoniam calore temperato & humiditate perficiuntur.

♂ Marti verò auris ſiniſtra, chiſtifellis, venę & teſticuli ſubijciuntur. Tertiana item febris peſtilens & cõtinua, eriſipetas, emicranea, putredo, abortus, venarum ruptura, omnéſq; dolores ac morbi quorum bilis cauſa eſt, à Marte reguntur.

☉ Sol ex membris humanis cerebrum, medullam, neruos, oculum dextrum viri & mulieris ſiniſtrum poſsidet. Ex morbis item oris lęſio, ad oculos defluxio, omnéſque morbi calidi & ſicci, non tamẽ à bile geniti, atque vitalis facultas Solis influxu incremen-

tum suscipiunt.

♀ Lumbi, renes, nates, venter, pecten & matrix Veneris imp e io parent. Omnes prȩtereà hepatis, cordis & ventr c li frigidas & humidas intẽperies, omnésque morbos ex frigiditate & humiditate ortos: prȩcipuè qui mulieribus iuxta pudenda eueniunt. Attractricem denique facultatem suo influxu Venus fouet.

☿ Mercurius linguam, memoriam, cogitationem, manus & crura gubernat. Ex morbis autem phrenesim, maniam, melancholiam, epileptiam, tussim & sputi abundantiam fouet. Cogitatio denique ex facultatibus à Mercurio sustinetur.

☾ Luna demùm cerebro, sinistro viri oculo, & mulieris dextro, vuluȩ, stomacho vtriusque sexus, vẽtri, & in omnibus sinistrȩ partis portioni imperat. Paralysim denique, torturam, membrorum commotionem, reliquósque morbos ex neruorum obstructione, frigiditate & humiditate ortos sustinet.

Quam corporis partem planeta quilibet in quolibet signo respicit.

CAP. III.



VAM humani corporis partẽ, quósq; morbos signa, domus, & planetȩ regunt, superiùs monstratum est. Nunc autem quam partẽ corporis quilibet planeta, in quolibet signo respiciat, dicẽdum est: vt si de ægritudine quadam proposita fuerit quȩstio, pars laborans inueniri possit. Pars enim quȩ à significatore ægrotantis in aliquo duodecim signorum existente tunc temporis regitur, ea est quȩ morbo laborat. Sed quoniam

quoniam planetę ſinguli varias corporis partes in ſignis diuerſis regunt: quęnam illę ſint, tabula ſequenti comprehenduntur.

Omnes planetę in vnoquoque ſigno alicui humani corporis parti pręſunt

	♄	♃	♂	☉	♀	☿	☾
♈	Pectori	Cordi	Capiti	Teſtibus	Pedibus	Tibijs	Genibus
♉	Cordi	Ventri	Collo	Genibus	Capiti	Pedibus	Tibijs
♊	Ventri	Inguinibus	Spatulis & manibus	Cruribus	Collo	Capiti	Pedibus
♋	Inguinibus	Verendis	Pectori	Pedibus	Manibus & humeris	Collo	Capiti
♌	Verendis	Teſticulis & coxis	Cordi	Capiti	Pectori	Manibus & humeris	Collo
♍	Teſticulis & coxis	Genibus	Ventri	Collo	Cordi	Pectori	Manibus & humeris
♎	Genibus	Tibijs	Inguinibus	Manibus & humeris	Ventri	Cordi	Pectori
♏	Tibijs	Pedibus	Verendis	Pectori	Inguinibus	Ventri	Cordi
♐	Pedibus	Capiti	Teſticulis & coxis	Cordi	Verendis	Inguinibus	Ventri
♑	Capiti	Collo	Genibus	Ventri	Teſtibus & coxis	Verendis	Inguinibus
♒	Collo	Manibus & humeris	Tibijs	Inguinibus	Genibus	Teſtibus & coxis	Verendis
♓	Manibus & humeris	Pectori	Pedibus	Verendis	Tibijs	Genibus	Teſtibus & coxis.

Omnes igitur illę ſignorum, domorum & planetarum ſignificationes diligenter notandę ſunt: vt cũ ſignificatores (de quibus mox dicetur) morbi, in aliqua domorum, vel aliquo ſignorũ reperiantur, pars affecta dignoſci valeat.

De significatoribus, eorúmque inuentione.

CAP. IIII.

RECTA figura (hora qua nuntius ad medicum venit) planetísque in ea cum fortunæ, vitę, mortis & planetę interficientis partibus debitè collocatis: Ascendens, dominus ascẽdentis: Luna & dominus domus Lunę ægroto pro significatoribus dandi sunt. Significator etiam qui iudiciariæ astrologię authoribus, figurę dominus siue significator cæli præcipuus dicitur, ægroto tribuitur. Est autem figuræ dominus qui in Solis, Lunę, domini partis fortunę & domini horæ locis, ac in ascendente plures dignitates habuerit, fortiórque fuerit. Sexta verò domus eius dominus, & planeta à quo separatur dominus ascẽdentis, vel is qui ab eo separatur, morbo ac morbi causis dãtur. Septima cum suo rectore medicum respiciunt. Cùm enim ipsa impedita fuerit maleuolorum aspectu vel pręsentia, vel eius dominus infortunio affici tur: periculum est ne medicus, (quãuis ægrum optimè tractet) in dedecus incidat. Leuiter igitur & summa cum prudentia medicus apud ægrum se gerat.

Quarta domus & eius dominus, finem morbi indicant. De morte autem octaua cum suo domino iudiciũ facit. Decima denique & eius dominus remedijs pręsunt. Hij igitur omnes significatores pręteritam, pręsentiam, & futuram dispositionẽ ostendunt. Infirmi autem significatores in duo diuiduntur. Quoniam ascendens & Luna de accidentibus ipsius corporis iudicant: dominus verò ascendentis

& domi-

& dominus domus Lunę de accidentibus animę. Quando itaque in morbi inſultu corporis ſignificatores infortunati erũt,morbus in corpore erit: ſi verò animæ ſignificatores, in ſpiritibus & anima affectus reſultabit:ſi denique & corporis & animæ ſignificatores, detrimentum patiantur: & corpus & anima etiam morbo laborabunt.Oſtenſis ſignificatoribus,nunc qua ratione morbi,eorúmque cauſę inueniantur,paucis perſtringam.

Qua ratione partes laborantes,morbi,eorúmq; cauſæ dignoſci poſſunt.

CAP. V.

TRACTATV de principijs abſoluto, nunc quomodò partes affectę & morbi inueſtigentur,&quibus ex cauſis ducantur, dicendum eſt. Partes igitur affectæ, morbi eorúmque cauſę duplici via cognoſcuntur: quarum prima expoſita ad ſecundam me conuertã. Prima itáque talis eſt. Vide quis planetarum à domino aſcẽdentis,vel à quo ipſe ſeparatur,aut eum aſpicit. Si enim maleuolus is ſiue corruptor ſua natura fuerit,vt ſunt Saturnus & Mars, & dominus domus mortis,ac etiam bonus,ſed aliundè impeditus:morbum oſtendit. Quoniam pars illa quę à domo in qua ſedem habet,reſpicitur,ea eſt quæ morbo laborat.Cuius ſigni qualitas quòd aſpectu fortiori corruptor ex domibus ſuis aſpicit,cauſa eſt. Quod ſi nullam ex ſuis domibus corruptor, vel vtráſque domos aſpexerit,ipſius qualitas, vel qualitas ſuę domus cũ qua magis conuenit,cauſa morbi erit. At quia non

Pla corruptor di- ille a quo ſepat dnũ ascendentis.

ſolùm pars laborans,neque morbi cauſę quęruntur, ſed etiã morbi nomẽ. Vt hoc igitur dignoſci queat, animaduertendum eſt,qui morbus ex morbis corruptori ſubiectis, huic parti ac cauſis conuenit: talis enim morbus erit. Veluti ſi (exempli gratia) Mars corruptor fuerit,propterea quòd aſcendentis dominus ab eo ſeparatur,& in quarta domo collocatus ſit quęquidem domus pectus atq; pulmones regit:morbum eſſe in pectore oſtendit naturę Martis, qui rupturas venarum ſignificat:quare patientem ſanguinis ſputo laborare dicemus.Prętereà in hac parte videndum eſt an ſit planeta aliquis in aſcendente multas habens dignitates: ob id tamen aſcendentis dominus non ſit,ſed alicuius alterius domus in qua ſedem habeat,dominus ſit.Pars enim ea quę à domo illa reſpicitur, morbo laborabit. Morbus autem planetę & ſigni domus qualitatibus concordabit. Vt ſi aſcendens ſit Piſcium gradus vigeſimusquartus:Iupiter in aſcendente domus dignitatem habet. Sed tamen dominus aſcendentis non exiſtente in Cancro & domo quinta collocatus ſit , & in ea dominus & vincens vocetur:ſanguinem habundare in hepate ratione Iouis,&pituitam ratione Cancri dicemus:atq; ob id hepar obſtructionibus tentari vel tentaturum iri.Hęc igitur de prima ratione dicta,ad ſecundę explicationem accedo.

Secundo modo dignoſci poterit morbus,ſi ſextã domum animaduertamus, & eius dominum dignitatum multiplicatione perquiramus.Etvideamus in quo ſigno ſextę domus dominus collocatus ſit: quia pars quæ ſigno illo ſubiacet, morbo laborabit: cuius

qualitas

qualitas ſigni ſextę domus cauſa erit. Veluti ſi ſexta domus à Leonis gradu decimo initium ſumat: ſextę autem Sol dominus ſit, qui tunc temporis Arietem tenet:caput à caliditate &ſiccitate laborare dicemus ibíq; ſanguinē bilioſum abundare: quia Leonis qualitas eſt caliditas cum ſiccitate iuncta. Sed notandū eſt quòd ſi alicuius ſigni gradus ſeptimus & vigeſimus,vel vigeſimus octauus ſextę domus principium conſtituat,ab eo ſigno denominari non debere, ſed à ſigno ſequēte. Vt ſi Leonis 27 vel 28 gradus principium ſextę domus tenet, non à Leone denominabitur,ſed à Virgine ſequente. In hac parte pręterea diligenter animaduertēdum eſt,an ſit aliquis planeta in ſexta domo multas dignitates habēs:non ſit tamen ſextę dominus,ſed ſit in alio ſigno, in quo magnum dominiū poſsidet. Quoniam pars quę ſigno ſummittitur,qualitatis planetæ morbo laborabit. Si igitur dominus aſcendentis ſolus incedat, & á nullo alio ſeparetur,vel ipſe morbum ac morbi naturam oſtendet, vel ad ſextam domum tranſeundum erit ordine quo dictum eſt procedēdo. Pars item affecta inueniri poteſt ex ſitu pręcipui ſignificatoris ſiue figurę domini,vel ex ſitu domini aſcendentis hoc modo. Animaduerte diligēter in quo ſignorum duodecim dominus figurę ſitus ſit,& cui parti in illo ſigno exiſtēte pręeſt: pars enim ea tunc temporis afficitur. vt ſi Saturnus figurę dominus ſit, & in Ariete ſitus. Pectus quod Saturni imperio,quamdiu Arietem tenet,regitur,morbo vexatur,ac ſic de domino aſcendentis iudicandum eſt. Motus deniq; Lunę in ſignis Zodiaci diligenter attēdendus eſt in morborum co

gnitione,& etiam toto morbi decursu. Secundum enim ipsius motum & ad planetas varios aspectus, morbi varij gignũtur. Veluti si quis in morbum inciderit Luna in Ariete cum Sole vel Marte existente, dolorem capitis pulsatiuũ à Solis æstu patietur æger Febre etiam calida cum anxietate laborabit,& vix loquetur. Pectus illius dolore immodico cum pulmonibus torquetur,& pulsum vehemẽtissimum habet. Confert igitur sanguinis missio è cephalica vel mediana, & infrigidante & humectante victu vtatur: periculum est enim ne in phrenesim incidat,secundum Lunę ad malos coniunctionem : & secundum ad illos aspectum mors infrà septem dies timenda est. Sed quoniam hęc in eo libro quemquidem Hippocrati,alij verò Galeno adscribũt, & cui titulus est de decubitu infirmorum per astrologiam, satis apertè traduntur, de his satis in presentia dictum est : & ad eum librum beneuolos lectores remittimus.

Qua in parte corporis morbus sit dextra scilicet, an sinistra, an recens aut antiquus,, in toto vel in parte sedem habeat.

CAP. VI.


I QVÆRATVR an morbus sit in dextra aut sinistra corporis parte, vide qua in parte significator morbi sit: qui si supra terram fuerit, morbus dextram partem corporis: si autem sub terra, sinistram occupabit. Ac pręterea si in diurnis signis fuerit, partem anteriorem: si verò in nocturnis, posteriorem morbus tenebit. An verò recens vel antiquus sit, hac ratione di-

tione dignoſcitur. Quando ſignificator morbi, vel pars fortunæ in tenebroſo, vel puteali, vel azemena gradu reperitur, morbum antiquum arguit: ſi autem in lucidis gradibus fuerit, recentem eſſe declarat. Si pręterea morbi ſignificator in ſignis multarũ aſcenſionũ: vt in Geminis, Cancro, Leone & Virgine fuerit, totum corpus morbus occupabit. Si autẽ in paucarum aſcenſionum ſignis: vt in Sagittario, Capricorno, Aquario & Piſcibus, morbum in membri diminutione conſiſtere monſtrat. Si deniq; in æqualiũ aſcenſionũ ſignis: vt in Ariete, Tauro, Libra & Scorpione fuerit, in corde morbus habetur.

An morbus curabilis ſit necne.

CAP. VII.



DICTO de morbo, nunc an curabilis ſit necne dicendum eſt. Et quamuis potiùs ſalus quàm mors requiratur: tamen vt omni crimine medicus vacare poſsit, ſalutem vel mortem prędicere debet. Quoniã vt Hippocrates primo libr. prognoſticorum inquit. *Fieri nõ poteſt vt omnes ægros ſanitati medicus reſtituat, quãuis id præſtantiùs eſſet, quàm futura prædicere. Morbi enim quidam ita ſunt pernitioſi vt intro latitantes, hominem iugulent, vt ſunt febres quædam malignæ qualitatis prædictæ, & alij morbi ab influxu aſtrorum orti, qui dificilè ſine aſtrorum inſpectione cognoſcuntur.* Quod quum ita ſit, quanam ratione an ſanabiles ſint necne dignoſci valeant, volui oſtendere. Ad quod notãdum eſt, quòd quidam morbi incurabiles natura ſua exiſtũt, vt elephantiaſis cõfirmata, & fortis apoplexia, de qua etiã

Hippocrates ſectione ſecunda aphoriſmorum quadrageſimo ſecundo aphoriſmo his verbis loquitur: *Apoplexiam fortem ſoluere impoßibile: debilem verò non facilè.* De his autem morbis qui ſuapte natura incurabiles ſunt, non eſt nobis in prę̄ſentiarũ ſermo. Sed de ijs quorum euentus cognitu dificilis exiſtit. Primò igitur de ſignis mortis, tum deinde de inſalubribus, & denique de ſalubribus dicemus.

Signa lętalia omnia ab aſcẽdente, à domino aſcẽdentis, à Luna, à figurę domino ſiue ſignificatore principali, à domino domus mortis, & à domino ſextę deſumuntur. Inſalubria ſiue mala ſigna ab aſcendente, à domino aſcendentis, à Luna, à domino ſextæ, à fortunę, vitę, mortis & planetę interficiẽtis partibus colliguntur. Salubria autem ſigna ferè omnia à domino aſcendentis principium ſumunt. Quòd igitur ad mortis ſigna attinet: vide quomodò aſcendens & eius dominus & Luna cum domino octauæ domus, ac cum planetis infortunatis ſe habeant. Si enim aſpectu vel cõiunctione cum octauæ domino abſq; receptione iungãtur: morietur infirmus. Vnde notãdum eſt, quòd in omnibus malum receptio minuit, ac bonum auget. Si verò illi non iungantur, an luminis tranſlatio inter eos adſit: hoc eſt an aliquis planeta ab vno eorum ſeparetur, & alteri applicetur ſedulò animaduertes: id enim mortẽ ſignificat, præcipuè ſi is qui lumẽ transfert, ab eo à quo ſeparatur, receptus fuerit. Quòd ſi hęc nõ inueneris, vide vtrũ planeta grauior eis lumen eorum colligat, adſit. Si enim id quadrato vel oppoſitiõe fiat, & is qui lumen colligit, maleuolus ſit, aut eorum lumẽ planetę maleuolo

leuolo transferat, mortem futuram denuntiat. His consideratis, ascēdens animaduertēdus est. Si enim in eo plures maleuoli fuerint, eúmue aspiciant, aut dn̄s octauę in ascēdente, vel ascēdētis dn̄s in octaua nō receptus fuerit, aut in quarta domo quę fortunę domus est, collocatus sit, aut planetę in quarta domo existēti applicuerit, vel planeta ibi existēs ascēdentē quadrato vel oppositione aspexerit: hęc enim omnia mortē propinquā arguūt. Item ascēdentis dominus retrogradus aut cōbustus mortē significat. A' Lnna autē iam dicta signa cum sequētibus capiūtur. Si Luna in quarta domo cū Marte absq; planetę beneuoli aspectu fuerit: mortis signū est, pręcipuè si beneuoli planetę ab angulis cadentes fuerint. Luna item Solis radios, id est combustionem ingrediens, vel combustam viam peragrans, mortem, pręcipuè si Saturno corrumpatur, venturam denotat. Luna etiam in morbi principio & sui cremento cum Marte, vel decremento cum Saturno, aut mortem, aut longam infirmitatem portendit. Crescente enim Luna caliditas crescit, quę Martis influxu iuuatur. Decrescente verò crescit frigiditas, quę Saturni auxilio augetur: ac ideò vel morbus prolongatur, vel ægrotum iugulat. Si autem contra fuerit, cōtrarium eueniet. Signa autem lętalia à domino octauę domus sumpta, nunc enumeranda sunt. Si igitur, vt dictum est, octauę domus dominus in ascendente vel quarta domo fuerit, mortem, pręcipuè si infortunatus, hoc est retrogradus aut combustus, vel alijs maleuolis iunctus fuerit: hoc signum arguit. Malus in octaua, & octauę dominus malus patientem enecant. De

ſignis etiam à domino ſextę ſumptis pariter iudicandum eſt. Si enim ſextę dominus infortunatus fuerit, & aſcēdentem vel ipſius dominum aſpectu maligno quadrato, ſcilicet vel oppoſitione aſpexerit, mortis ſignum eſt. Dominus etiam ſextę in aſcendente vel mortis domo malis iunctus necem ſignificat.

Principalis denique ſignificator cæli ſiue figuræ dominus diligenter animaduertendus eſt. Si enim is in domo quarta vel octaua, aut in primo loco ſitus ſit, vel planetę alicui malè collocato applicuerit, aut infortunatus fuerit, aut aliquis planeta illius lumen in octauę domus dominum, vel octauę domini lumen in eum transferat, vel vnus alterum aſpiciat, vel à malis ſeparetur, & malis applicuerit, propinquam mortem denuntiat. Hęc de mortis ſigna dicta ſufficiant. Si quis enim ea diligenter legerit, reliqua quæ in Hali Abenragel, Guidonis Bonati, aliorúmque libris dicuntur, facilia erunt. Omnia enim ad hęc referuntur.

De malum omen præſagientibus ſignis.

CAP. VIII.



QVONIAM, vt in pręcedendi capite dictum eſt, Signa mali à domino aſcendentis, ab aſcendente ipſo, à Luna, & à partibus ipſis omnia colligũtur. Primò de ijs quę ab aſcendente & eius domino deſumuntur dicendum eſt.

Si malus planeta in aſcēdente, vel dominus aſcēdentis malus fuerit: ſibijpſi ægrotus nocebit, ac mali regiminis erit: quare etiam malum ſignũ portendit.

Dominus

Dominus item aſcendentis vel ſextę retrogradus aut combuſtus, aut in domo octaua Marti vel Saturno iunctus, aut ab ijs quadrato vel oppoſitione aſpectus, malum ſignificat: & alijs ſignis iunctus, mortem pręnuntiat. Si etiam aſcēdentis dominus in quinta ſub terra, & vndecima ſupra terram ſit: multas anxietates ægrotus patietur. Dominus preterea aſcē dentis in puteali, vel tenebroſo gradu vel azemena, malum omen pręſagit. Ex his autem quę à Luna ſumuntur, primum tale eſt. Quando in morbi principio Luna malis iuncta eſt, vel octauę domus, id eſt domus mortis domina, vel impedita, aut in prauis locis, vt in quarta, octaua, vel duodecima ſita fuerit, aut vni ſextę domino dederit: malum omen minatur. Luna item in Ariete vel Geminis vel Libra vel Scorpione vel Capricorno vel Aquario Saturno iuncta eo tempore quo vel aſcendunt, aut ſextam domum, aut octauam conſtituunt: malum adfert. A ſexta domo pariter & eius domino ſigna inſalubria, ſiue mala deſumuntur. Veluti ſi ſextę dominus malus ſit, aut in ſexta domo mali collocati ſint, vel ſextę dominus impeditus fuerit: malum ſignificat. Quod autem ad ea quæ à fortunę, vitę, mortis & planetæ interficiētis partibus deſumuntur, attinet. Si illę partes malè collocatę fuerint, & à planetis maleuolis aſpectæ, vel cum eis exiſtūt, vel in cadētibus locis, via cōbuſta vel malorū terminis ſitę ſint: malū & aliquando pars fortunę & pars planetę interficientis, quando ſ. vehemēter infortunatæ ſunt, mortem futuram arguunt.

De ſalubribus ſignis.

CAP. IX.

Signa

IGNA ſalubria ferè omnia à domino aſcendentis colliguntur. Si igitur aſcendentis dominus in aliquo angulorum & pręcipuè decima fortunis iunctus ac fortunatus fuerit, ſalutem portendit. Quando congreſſu vel aſpectu Luna ad aſcendentis dominum, eúmq; fortunatum peruenerit, futuram bonam criſim pręſagit, quę pręcipuè apparere incipiet, ſi Luna benè fortunata ad eum antequàm alicui alteri applicet, peruenerit. Quod ſi aſcendentis dominus fortunatus ſit, & à ſigno vno exeat, ac alterum ingrediatur, velox in ſuo motu ipſe exiſtente breui tempore morbum finiri debere oſtendit: modo tamen non ſit in octaua vel duodecima domo. Si aſcẽdentis dominus domino domus octauę, id eſt mortis iunctus eum recipiat: ipſéq; octauę ſiue mortis dominus anteà retrogradus fuerit: ſed dirigi incipiat, ac in principio directionis ſuę adhuc fuerit, vitam (quãuis tamẽ ſine receptione mortem denuntiaret) ſignificat. Item ſi luminis tranſlatio à Luna per Venerem ad Solem, & ad Iouem adſit, hoc eſt ſi Luna Venerem, Venus Solem, Sol Iouem aſpiciat: & Iupiter in aſcẽdente vel in nona ſitus ſit, figurę dominus ſiue almutem erit, idque vitam pręſagit.

Si pręterea Venus vel Mercurius Lunę lumen ad Martem, aut Solem transferat: Mars etiam eum receptum ad Iouem, vita (quamuis Martis coniunctio peruerſa ſit) à Ioue receptore ſignificatur, modo tamen Iupiter in cęlo ſit. Dominus inſuper aſcendentis fortis ac fortunatus, & in aliquo angulorum ſitus, & quãdo infortunia fœlicitates non ſuperant,

ſalutis ſi-

ſalutis ſignum oſtendit. A' Luna item à cęli figura & ab omnibus partibus, pręcipuè à parte fortunæ ſalutis ſigna ſumuntur. Si enim Luna benè affecta fuerit, & in angulis vel ſuccedentibus ſita ſit, & in ſui incremento ac morbi principio cum Marte non fuerit: ac ſi pars fortunę & alię partes, pręcipuè pars vitę benè collocatę fuerint & fortes, ſalutē futuram oſtēdunt. Cùm denique Iupiter trino aut ſextili aſpectu Solem reſpicit, ſalutis ſpem auget.

Antequam autem iudicium proferatur, animaduertendum eſt an proſperitates infortunia ſuperāt, aut contra. ſi enim æquales fuerint, difficilimum eſt iudicium: diligenter ideò conſideranda ſunt.

An acutus vel cronicus morbus ſit.

CAP. X.


OSTEA QVA'M an curabilis ſit morbus necne, monſtratum eſt. Si curabilem eſſe agnoſcamus: reliquum eſt vt an acutus ſit vel cronicus, id eſt, an breuis vel longus, videamus. Quod vt agnoſcamus ſexta domus, eius dominus, Luna, dominus aſcendentis, planeta à quo ſeparatur, & ea cui applicat animaduertendi ſunt. Si enim ſextę domus ſignum ex fixorum numero ſit, & eius dominus ſit in ſigno fixo ſitus, vel planeta grauis (vt ſunt Saturnus & Iupiter) fuerit, morbi longitudinem pręnuntiant. Si autem in mobilibus ſignis collocatus fuerit, & in ſexta mobile ſignum fuerit, morbi breuitatem facit. Si denique fixorum & mobilium loco, communia ſiue media adſunt, morbi reſidiuam timere iubent. Simili

via & ratione de planeta à quo separatur dominus ascendentis iudicandum est. Luna etiã animaduertenda est. Si enim in suo motu tardior sit, & lumine crescat, morbi augmentum denuntiat: vt etiam si in morbi principio & in sui incremento cum Marte & in decremento cum Saturno sit: morbi perniciem eiúsque longitudinem pręsagit. Idem etiam pręstat si in signo fixo & infortunata, id est malè collocata sit. Quando item in morbi principio Luna à combustione exit, infirmitas crescit, quousq; Luna ad loci in quo erat, in morbi insultu oppositionem veniat, quo in loco si fortunatos planetas inueniat, morbus iudicabitur. Si verò infortunatos aut morietur æger aut diuturnior morbus erit. Sed de his latiùs in sequentibus, cum de crisibus fiet sermo, dicemus. Dominus item domus Lunę animaduertendus est, qui si infortunatus sit, morbi longitudinem arguit. Morbi etiam longitudo vt Hali inquit, à domini ascendentis cum fortunatis vel infortunatis vicinitate sumitur. Si enim ascendentis dominus ad planetam fortunatum subito coniunctione vel aspectu peruenit, breuem morbum facit: si autem tardè, longum. Partes item fortunę, vitæ, mortis & planetæ interficientis (quibus omnibus fortunę pars antecellit) animaduertendæ sunt. Quando itaque partes illę benè collocatę sunt, & in signis mobilibus, morbi breuitatem: si autem malè & in signis fixis, longitudinẽ pręnuntiãt. Tempus autem longitudinis morbi inuenietur, si gradus qui sunt inter applicationem significatorũ cum fortunatis numerantur, & pro gradu quolibet dies vna sumatur, si signum mobile sit: si verò sit sixum,

ſit fixum, hebdomadam vel menſem vel annum: ſi autem cõmune ſit, diem vel hebdomadam vel menſem dabimus: quia cum ſignificatores fortunatis applicant, tunc morbus iudicatur.

De criticis indicatiuis, & intercidentibus diebus, ac eorum inuentione.

CAP. XI.


VPEREST nunc vt de criticis diebus ac eorum indicatiuis & intercidentibus quidpiam dicamus. Quę res vt clariùs intelligatur, quid ſit criſis initio dicendum eſt. Omnis enim quę à ratione de aliqua re inſtitutio ſuſcipitur, à definitione debet proficiſci, vt intelligatur quid ſit de quo diſputatur. Criſin igitur Galenus in commentario 13. ſectione ſecunda aphoriſmorum & commentario 230. & libro primo epidemion commẽtario 3. & tertio prognoſticorum commentario primo, dicit eſſe vehementem in morbis mutationem ad ſalutem vel mortem. Non me latet dictionem iudicium à medicis multis ſumi modis. Sed nunc in ea ſignificatione à Galeno in iam dictis locis accepta, capitur: nẽpè pro ſubita mutatione in morbo ad ſalutem vel ad mortem. Criſis autẽ alia eſt perfecta, alia imperfecta. Perfecta eſt quãdo morbus integrè & abſolutè iudicatur. eáque duplex, perfecta laudabilis, cùm ſcilicet, morbus ad ſalutem iudicatur: & perfecta illaudabilis, cùm morbus integrè iudicatur, ſed ad mortem. Imperfecta eſt quãdo integrè morbus non iudicatur: ſed ex eo quidpiam relinquitur, & reſidiuam facit: idq; dupliciter. Vel

crisis

enim morbus paulatim ad mortem tendit, & mala iudicatio dicitur: vel paulatim ad salutem accedit, & laudabilis imperfecta vocatur. Crisium item alia est salua, quę sine magnis & pernitiosis accidentibus fit. Alia dubia, quę scilicet, cũ illis aduenit. Alia denique est iudicata, vt quando die quarta signa coctionis apparẽt, morbum septimo die iudicaturum denũciant. Non iudicata alia, vt illa quę septimo die aduenit, non tamen die quarta pręsignificata fuit. Alia insuper in critico die fit, alia autẽ minimè. Qui verò critici dies sint in sequentibus dicetur. Medici Hippocratẽ & Galenum sequentes, alio modo quã astrologi criticos dies accipiunt. Galenus tamen tertio libro de decretorijs diebus eos accipiendos esse à motu Lunæ iudicat. Quoniam, vt capite quinto eiusdem libri inquit, *mutationes ægritudinum à Luna proueniunt. Vt si quis in morbum inciderit, Luna in Tauro existente, mutationem dum in Leone erit, vel Scorpione, vel Aquario sentiet.* Hæc enim signa quadrato aspectu & oppositione Taurum aspiciunt. Sed quoniam Galenus viam Ptholomęi & rationẽ adhuc nõ assequitur: Nos rationem tradere cupientes rem ipsam aggredimur. Ptholemeus aphorismo sexagesimo centiloquij inquit. *Super ægrotis criticos inspice, ac Lunæ peragrationem in angulis figuræ sexdecim laterum: vbi enim eos benè affectos inueneris, benè erit languenti: contra verò malè vbi affectos inueneris.* Si igitur secundum hanc doctrinam circulus in quatuor quadrantes diuidatur: & quòd signum & quęnam signi pars quadrantis finem attingat, videatur: dies in qua crisis futura est facilè dignoscetur. Cùm enim Luna ad

hunc an-

hunc angulū (angulū, ſcilicet eum qui quarto aſpectu locū in quo Luna in morbi initio erat, aſpicit) peruenerit: & tunc benè affecta fuerit, id eſt cum beneuolis planetis aſpectum habuerit, vel ſtellis primæ vel ſecundę magnitudinis naturę Iouis vel Veneris iuncta fuerit, eo tempore criſis ad ſalutem fiet. Si autem malè affecta fuerit, quadrato vel oppoſitione Saturni vel Martis, aut ſtellis primę & ſecundę magnitudinis naturę eorum iuncta ſit: tunc criſis non fiet, aut ſi fiat, ad damnum potiùs quàm ad ſalutem erit: & pręcipuè ſi calidus ſit morbus, & Martem Luna aſpexerit, qui caliditate ſua morbum fouet. Luna autem aliquando celeriùs, aliquando tardiùs ad hunc angulū peruenit, quo fit, vt criſis aliquando ſexquiquinto die, quādo ſcilicet, Luna celeriter mouetur: aliquando etiam ſexto criſis aparere incipiat. Cùm verò medio motu Luna mouetur, ſeſquiſexto die vel propè ſeptimi diei finē morbus iudicatur. Cùm aut tardiùs Luna mouetur, criſes vel octauo die vel tardiùs fiunt. Et quoniam in omnibus modus tenendus eſt, ideò criſes ſeptimo die perfectiores, quàm alijs diebus fiunt. Criſis etiam laudabilis aliquādo fit die quinto: tunc enim Luna propter motus velocitatem fortunata eſt. Quod ſi contingat criſim nō fieri Luna in hoc primo exiſtente. Animaduertendum eſt quo tempore ad oppoſitum loci in quo erat, tempore inceptionis morbi perueniet (Ad eum autem vt plurimum die decimoquarto peruenit) Si enim (vt de primo angulo dictum eſt) bene affecta Luna fuerit: ad ſalutem criſis fiet. Si autem malè affecta fuerit: ad perniciem potiùs quàm ſalutem fiet, aut non fiet.

Id verò eo tempore aduenit: quoniam locus initij morbi & locus ei oppoſitus qualitatibus lumine & aſpectu pugnãt, & contrarij ſunt. Et quoniam ſigna quadrato aſpectu ſeſe aſpicientia aliquãdo totis qualitatibus pugnant: quando Luna ſignum in quo erat in morbi inſultu quadrato aſpectu reſpicit, natura aduerſus morbũ inſurgit, & nititur expellere & euacuare quod ſibi noxium eſt. Quare ſi eo tempore inferior radix vna cum ſuperiore radice occurrat: tũc optimum fit iudicium. Signa autem quadrato aſpectu ſeſe aſpicientia aliquando vna tantùm qualitate pugnant: atque tunc in quadratis radix ſuperior debilior eſt. Tertius angulus (ſi in ſecundo iudicium non fiat) conſiderandus venit. Quoniam Luna in hoc angulo exiſtente, id quod vt plurimùm vigeſima die fit, ſi cauſæ ſupradictæ occurrant iudicium apparere incipiet. Quod ſi nõ appareat, quartus angulus, qui idẽ eſt cũ morbi initio, reſpiciẽdus eſt: quia tũc ad locũ in quo erat in morbi principio, Luna peruenit. Id aũt vigeſimoſeptimo die & tertia vnius diei parte fiet: quo in loco Luna exiſtente, ſuperioribus & inferioribus cauſis occurrentibus iudicium fiet: quo loco ſi non fiat, morbus in acutorũ numero annumerandus non eſt: ſed in cronicorum numerum ponendus eſt. Ideò iam ad Solis motum redire conuenit. Sol enim morbos cronicos, vt Luna acutos ſuo motu moderatur. Videndum eſt igitur in quo ſigno Sol in morbi principio erat: quoniã vt de Luna diximus, quando ad primum quadratum huius loci vel oppoſitionem, aut ſecundum quadratum, aut ad locum initij morbi peruenerit: morbus iudicabitur,

modo ea

modò ea adſint, quę deLuna diximus. Circulus ergo in quatuor æquales partes diuiſus, quatuor dies ſiue angulos criticos oſtendit. Hi autem critici ſuos indicatiuos habent, qui ſi iterùm quęlibet quarta circuli pars in duas æquales partes diuidatur, inuenientur: & ita totus circulus in partes æquales octo diuiſus erit, quarum vna quęlibet gradus quinq; & quadragrinta comprehendit. Totus enim Zodiacus vt omnes alij circuli ſphęrę gradus 360 continet, qui ſi in quatuor partes ſecantur, pars quęlibet gradus nonaginta amplectetur. Si iterùm vna quęlibet quarta in partes duas æquales diuidatur, gradus quadraginta quinq; vna continebit. Luna igitur in huiuſcemodi angulo animaduertenda eſt: cùm enim ad angulum illum, qui eſt inter morbi initium & primum angulũ criticũ (ſecundũ ſignorũ ordinẽ) peruenerit, quid factura ſit natura die critico, illo die monſtrabit. Id autem vt plurimùm quarto die fit: quia inter ſeptimum & morbi initium medius eſt. In illo autem die ſi ſigna coctionis appareant, futuri iudicij cum Luna adcriticum angulum peruenerit, ſignum eſt: modò tamen cauſę iam dictę adſint. Si verò in primo angulo critico iudicium non fiat: cum ad medium locum primi & ſecundi anguli Luna peruenerit, id quod die vndecimo ſępè fit, an criſis decimoquarto die futura ſit necne, natura oſtẽdet. Quod ſi eo loco criſis non fiat, in alijs angulis indicatiuis & criticis vt dictum iam fuit, Luna animaduertẽda eſt. Angulus enim qui eſt inter ſecundum angulum criticum & tertium, tertij anguli critici, indicatiuus angulus ad quem ſępiùs decimoſeptimo die Luna perue-

nit. Angulus autem inter tertiũ angulum criticum & quartum, quarti anguli critici indicatiuus eſt: ad quem etiam vigeſimoquarto die motu proprio Luna accedit ad hęc notãdum eſt diem certum, quo Luna ad angulos peruenit, non poſſe aſsignari. ſecundum enim ipſius motus cęleritatem vel tarditatem aliquando citiùs: aliquando verò tardiùs eos attingit. Sed qui arithmetices nõ omninò ignari ſunt, ſupputatione & calculo diem & horam, qua ad eos peruenit, facilè agnoſcet. & ideò diem & horam iudicij facilè prędicere poterit. Accidentia autem eo die futura ex fortunis vel infortunijs Lunę iudicabit. Hi dies & anguli intercidentes ſuos proprios habẽt: qui ſi vnaquęlibet ipſarum octo partium circuli in duas æquales partes diuidatur, apparebunt. Ita enim iuſta Ptholomei doctrinam, circulus totus in partes æquales ſexdecim, ſiue angulos diuiſus erit, & vna quęlibet pars gradus duos & viginti cum minutis triginta continebit. Primus autem angulus, inter initium morbi & primum indicatiuum intercidens erit. Secundus angulus primę criſis indicatiuus eſt. Tertius verò angulus, inter indicatiuum & primã criſim intercidens erit. Quartus autem angulus, qui & quadratus dicitur, prima criſis eſt. Ita igitur inter morbi initium & primam criſim ſiue criticũ angulum, intercidentes duo & indicatiuus vnus erunt. Tot itaq; in vnaquaque reliquarum trium quartarum anguli ſunt annumerandi. Quatuor ergo ſunt critici dies, & totidem indicatiui, ac intercidentes octo, in quibus Luna animaduertenda venit: quæ etiam ſingulis diebus non minori negotio animaduertenda eſt.

Eo enim

Eo enim die quo benè affecta fuerit, benè agetur cũ ægro: sed pręcipuè in huiuſcemodi angulis. Hęc eſt ſumma diuiſionis criſium, quare de his dicta ſuffi-ciant. Nos in ſtudioſorum gratiam tabulam in fine tertij capitis primi libri appoſuimus, dies criticos in-dicantes & intercidentes complectantem, cum indi ce planetarum dignitates & ipſos dies demonſtran-te. Cùm quis ergo diẽ, quo alicuius morbi iudicium ſiue criſis fiet, notum facere cupit, primò quodnam ſignum & quę ſigni pars Luna in morbi principio te nebat, inquirat: tũ deinde ſuper illud ſignum, & illã ſigni partẽ morbi initij indicem in ſignorũ circulo apponat: tum demùm indice criticorum dierum ſu-prà intercidentes indicatiuos & criticos angulos ap-poſito: ſigna & ſignorum partes illos cõſtituentes in directo lineę fiduciæ apparebunt: quando enim ad hęc ſigna & has ſigni partes Luna peruenit, interci-dentes iudicãtes & critici dies ſole clariùs eluceſcũt. An fortunata etiam vel infortunata Luna ſit ex ſitu illius, in dignitatum planetarũ tabula his ea de cau-ſa ſuppoſita, apparet. Toto igitur morbi decurſu ad hanc tabulam recurrandum eſt, vt quo die grauior vel leuior fit morbus, facilè dignoſci poſsit.

Quæ in morbis curandis, & humoribus va-cuandis obſeruanda ſunt.

CAP. XII.



QVA RATIONE morbi, eorũ cau-ſę & partes laborantes dignoſci queant, in pręcedentibus dictum fuit. An verò ſanabiles aut inſanabiles, acuti aut cro-

nici, & quo tempore iudicari debeant, etiam anteà monſtratum eſt. Nunc autem qua ratione curandi ſunt, & quo tempore remedia ſunt adhibenda oſtendere conuenit. Igitur vt rem paucis oſtendam, notãdum eſt corpora inferiora à ſuperioribus regi, & pręcipuè ipſius Lunæ motu morbi variantur: non quòd viribus & potentia reliquis prę́ſtet: ſed quoniam propinquior & motu celerior eſt. Videmus enim creſcẽte Luna humores creſcere: veluti cùm decreſcit, decreſcere. Oſſa in plenilunio medulla repleta: animalia omnia tam in mari quàm in terra humore aucta ſunt. Cãcri, aſtaci, & oſtreæ in plenilunio carne ſunt repleti, mare cùm tumeſcit: humores in hominis corpore, veluti etiã in arboribus, aucti ſunt. Contrariũ autem in nouilunio apparet. Pręterea ſecundum acceſſum & receſſum Lunæ in Zodiaci ſignis mutationes temporũ fiunt. Cùm enim Sol & Luna in ſignis calidis ſunt, augetur caliditas: cùm demùm in frigidis, frigiditas calidum ſuperat. Meritò igitur in humorum purgatione Lunę motus per zodiaci ſigna animaduertendus eſt. & non ſolùm in humorũ purgatione: verumetiam in morborum curatione, & facultatum ſiuevirtutum corroboratione. Non Solem autem Lunę motus: verumetiam aliorum planetarum, quorum influxu humores conſeruantur, animaduertendus eſt. Saturnus enim melãcholiam auget, conſeruat & retinet: quia cùm frigidus ſit & ſiccus, vt melancholia: ideò eam auget & retinet. Iupiter verò qui calidus eſt & humidus temperatè, ſanguini pręeſt, ipsúmque auget. Melancholię autem vt Saturnus, ſanguini aduerſatur: Mars flauã bilem regit, ac gu-

git ac gubernat,& retinet: quia vt bilis ipſa calida eſt & ſicca: ſic Mars calidus eſt & ſiccus, ac ideò eam fouet: pituitam autem ſua qualitate cōtraria, quemadmodum Venus cū Luna bilem expellit. Quum enim Venus & Luna frigidę ſint & humidę: ideò pituitam fouent & regunt. Fortitudo igitur planetarum ſimbolum cum humoribus habentium, in eorum vacuatione vitāda eſt. Sed planetarum illis aduerſorū fortitudo molienda eſt. Vt quando vacuenda eſt bilis, Mars in cadenti domo (nō autem in angulo vel ſuccedenti) ponendus eſt. Venus autem è contrario, in angulis vel ſuccedentibus fortificanda eſt. Illa enim ſua qualitate contraria aduerſus bilem naturam adiuuat, & ad illius expulſionem facultatem expultricem roborat. Si etiā in ipſius bilis vacuatione Luna vna cum Venere corroboretur, naturā ad illius expulſionem fortiorem redderet. Quod ſi ambę, id eſt Venus & Luna fortificari non poſſunt: debilitato Marte, vna corroboretur. Quando pariter Venerem viribus Mars ſuperauerit, pituitā depellet. Cùm autem melancholiam euacuare volumus, Iupiter vt eam depellere queat, fortificandus eſt: ne autē eam Saturnus retineat, ipſum debiliorem reddere conamus. Contraria penitùs ratio in ſanguine vacuando ſeruatur. Iupiter enim debilior redditur, & Saturni vires roborantur: ne Iupiter ſanguinis vacuationem prohibeat, & Saturnus iuuet. Delectus etiam in horarum electione pariter habendus eſt. Iouis enim hora in melācholiæ euacuatione prodeſt: Saturni verò nocet. ac eodem modo in ſingulis humoribus purgandis iudicandum eſt. Eo tamen tempore, quo ſo-

lutiuum medicamẽtum datur, tutiùs eſt horam beneuolorum planetarum quàm maleuolorum eligere, ac in omnibus meliùs eſt Saturni & Martis horas, ac Lunæ cum eis applicationes fugere. Planetę item corporis humani partes quaſdam reſpiciunt: vtpote eas quę naturis ſuis conueniunt. Vt quia Luna frigida eſt & humida, cerebrum reſpicit. Venus autẽ quæ pariter temperatè humida eſt teſticulos conſeruat. Mercurius communis eſt & conuertibilis: ideò pulmones gubernat. Sol qui calorem conſeruatiuum adeptus eſt, ſuo influxu cor moderatur. Mars verò quoniam calidus eſt & ſiccus immoderatè, veſicam felleam & renes reſpicit & moderatur. Hepar autem caliditate & humiditate Iouis, quemadmodum frigiditate & ſiccitate Saturni lien regitur. Eo igitur tẽpore quo illi planetę dominãtur, partes illę euacuandæ non ſunt: humorem enim noxium retinerent, & curationem impedirent. Eo tamen tempore quo fortes ac fortunati in cęlo ſunt, illas partes roborare cõuenientiſsimum erit. Ad rem igitur vnde digreſsi ſumus, accedamus. Motũ Lunę noſtri corporis humores ſequuntur. In prima enim & tertia Lunę hebdomadibus, hoc eſt à Solis & Lunę congreſſu ſiue coniunctione ad primam quadraturam, & ab oppoſitione ſiue plenilunio ad quadraturam ſecundam, à centro ad circunferentiam humores mouentur: & ideò ſanguinis miſsio, balnea, ſtuphæ & medicamẽta quęcunque à centro ad circunferentiam humores ducere nata ſunt, in his hebdomadis cõueniunt. In ſecunda verò & quarta Lunę hebdomadibus id eſt, à prima quadratura Lunę ad eius cũ Sole oppoſitionem

ſiue pleni-

ſiue plenilunium, & à ſecunda quadratura ad coniunctionem, motu contrario à circunferentia ad centrum humores rapiũtur: ideò in illis cathartica medicamenta exhibere eſt conuenientiſsimum. Non ſolùm quadraturę Lunę in purgãdis humoribus aduertendę ſunt: ſed etiam ſigna in quibus Luna eſt, & eius ad planetas varios aſpectus. Purgantia medicamenta Luna in aqueis ſignis, vtpote in Cancro, Scorpione, & Piſcibus exiſtente, commodiſsimè dantur. Prętantior item aut deterior purgatio fit, pro diuerſis Lunæ ad alios atque alios planetas aſpectibus. Pillulę etiam quibuſdam tẽporibus magis conueniũt, alio autem tempore electuaria, alio demùm potiones. Quibus autem temporibus conuenient ſequẽs tabula docet.

Luna hæc ſigna perambulans, & hos aſpectus habens habenda talis eſt humorum euacuandorum ratio.	In Cancro & cum ✱ aut △	Veneris cõfert ad bilem vacuandam Solis vel martis ad phlegmatis vacuationẽ prodeſt Iouis ad melancholiam educendam proficit	Cũ electuario.
	In Scorpione & cũ ✱ aut △ aſpectu	Veneris confert bilis vacuatio Solis aut Martis pituitæ expulſionem iuuat Iouis melancholiæ purgationem auget	Cum potione.
	In Piſcibus cum ✱ aut △ aſpectu	Veneris, euacuare bilem confert Solis vel Martis pituitam purgare tempeſtiuũ eſt Iouis humorem melancholicum purgare licet	Cum pillulis

Cùm tamen ſolutiuum medicamentum exhibetur, Luna Ioui coniuncta non ſit. Quamuis enim Iupiter bonus ac fortunatus ſit: tamen quoniam naturę parens eſt & amicus, eam corroborat, & aduerſus medicamentū adiuuat: ita vt medicamētum à natura ſuperatū, opus ſuum minimè perficit. Iuxta illud Ptholemei decimonono aphoriſmo centiloquij: *Si quis Luna cum Ioue exiſtente laxatiuum acceperit, medicinæ opus & effectus minuetur.* Quoniam autem plerunque ita vrget morbus, vt moram reſpuat: cauendum eſt, ſi fieri poſsit, ne Luna ſit in ſignis ruminantibus, vt in Ariete, vel Tauro, vel Capricorno, neque planetæ retrogrado applicet, vel iuncta ſit: quia hęc vomitum prouocant. Illud tamen tempus in vomitiui medicamenti exhibitione cōmodiſsimum eſt: ſed aſcendens & dominus eius roborādus eſt & fortunandus. Cauendum à maleuolorum aſpectu, quoad fieri poteſt. Dominus autem aſcendentis ſi fieri poteſt, vel planetæ ſub terra exiſtenti iunctus ſit, aut eidem applicans, vt humores faciliùs deorſum ducantur. In medicinę pręthereà laxatiuæ exhibitione ſi motu & lumine Luna diminuta ſit, pręſtantior erit.

Quemadmodum autem in humorum purgatione Lunæ motus animaduertitur: ita in corporis facultatum ſiue virium roboratione animaduertendus eſt hoc modo.

Luua in his

Luna in his ſignis exiſtente facultates iuuantur.	In ſignis igneis calidis & ſiccis	Ariete Leone Sagittario	Atractrix virtus roboratur: quoniam ſecundum loci naturã Luna influit,& hæc facultas qualitatibus ſimilibus viget.
	In ſignis terreis frigidis & ſiccis	Tauro Virgine Capricorno	Retentrix virtus iuuatur. Iuuatur enim illis qualitatibus, quæ illo tempore dominantur.
	In ſignis aëreis calidis & humidis	Geminis Libra Aquario	Concoctrix facultas cõfirmatur:talibus enim qualitatibus perficitur.
	In ſignis aqueis frigidis & humidis	Cancro Scorpione Piſcibus	Expultrix validior redditur,quæ his qualitatibus potiſsimùm iuuatur & perficitur.

Eo igitur tempore & Luna cum Ioue aut Venere iuncta exiſtente,roborantia medicamẽta & adſtringentia danda ſunt. Cùm autẽ intẽperiem aliquam corrigere intendimus,Luna ſit in ſigno ea qualitate prędito quam cupimus inducere. Vt quando calfacere volumus,ignea ſigna eo tempore Luna debet occupare: cùm refrigerare,frigida tenebit: cùm humectare,humida:cùm demùm ſiccare,ſicca poſsidere debet. Quæ autem ea ſint pręcedenti tabula & primo capite primi libri manifeſtum fuit.

Quo tempore vna quælibet corporis pars medicanda, & à morbo liberanda eſt.

CAP. XIII.


VÆ SIGNA & domus corporis humani partes reſpiciant in pręcedentibus dictum eſt. Prima enim domus & Aries caput totum gubernant,quemadmodum Taurus cum ſecunda domo collum. Gemini vna cũ domo tertia humeris & brachijs vt dictũ eſt,pręſidet,quę ſummoperè notanda ſunt. Partes

en in nostri corporis tali cōstellatione regnāte medicantur,& à morbis liberantur. Sed morbi qui curatione egent, aut recentes sunt, aut inueterati. Si igitur morbi inueterati sunt: cura Luna existente in triplicitate terrea, pręcipuè in Tauro incipienda est. Si verò recens fuerit, in aquaticis signis pręcipuè purgationis tempore Luna sit. Attamen quoniam vel morbus non sinit, vel tempus hoc nolunt ægroti expectare. Quę sequuntur tamē summoperè animaduertenda sunt. Cùm partem aliquam morbo laborantem ad sanitatem reducere libuerit: signum partem respiciens Luna teneat, aut illud signum ascendat. Lunam tamen in ascēdente ponere malum est: ibi enim infortunio afficitur. Veluti si caput aut aliquam illius partem curare tentes, aut Lunā in Ariete collocabis, aut Arietem ascēdere cogas. Si autem colli partes sanitati restituēdę sunt, aut Taurus ascēdet, aut eum Luna tenebit. Si demùm numeros manus & brachia à morbis liberare cupis, aut geminos ascendere cogas, aut eos Lunam tenere tentabis. Partes igitur quæ sunt à capite vsq; ad pectus Luna existente in tribus signis supradictis, vel ascendentibus illis, à morbo vindicantur. Et partes quæ à pectore sunt vsque ad pudenda, à morbis Luna in Cancro, Leone & virgine existente, aut illis ascendentibus, liberantur. Quæ autem sunt à pudendis vsque ad genua: cùm Librā, Scorpionē & Sagittarium Luna tenebit, curabuntur. Partes demùm, quæ sunt à genibus vsq; ad pedes, Luna in Capricorno, Aquario & Piscibus existente ad sanitatem restituendę sunt. Cauè tamen ne partē ferro tangas, quando Luna signū

hanc par-

hanc partem reſpiciens tenebit ac in omnibus operationibus quę ferro fiunt, vide ne Luna quadratum, aut quadrati vel oppoſitionis (alij enim mediocres ſunt) applicationem ad Martem habeat. Non ſolùm autem ſigna, verumetiam domus animaduertendæ ſunt. Quēadmodum enim de ſignis dictum eſt, ita domus in corporis humani partes influunt. Cùm ergo morbi alicuius partis curatio incipitur: domus hanc partem reſpiciens, & eius dominus benè affecti ſint & fortunati. Veluti cum capitis ægritudo curanda eſt: prima domus & eius dominus (quem almutem Arabi vocant) beneuolorū aſpectu vel pręſentia, roborandi ſunt, ac fortunādi, ſi futuram curationem proſperam eſſe cupimus. quēadmodum ſecunda domus & eius dominus, ſi collum: tertia ſi humeros, manus & brachia: quarta ſi pulmones, pectus & mammillas ad priſtinum ſalutis gradum reducere optes. ita enim de ſingulis domibus & earum dominis faciendum, cùm partes his domibus ſubiecta ſanitati reſtituere velimus. In omnium ergo curationum principio aſcendens eius dominus, domus partem reſpiciens & eius dominus fortunandi ſunt. Iupiter autem ſi fieri poteſt, in aſcendente vel vndecima domo, vel decima, aut nona ponendus eſt, ac bonitate augēdus. Planeta ſimiliter morbum quem curare volumus dominans & partem reſpiciens, fortunandus eſt, vt ſi phrenitis curanda ſit, Mercurius Lunam trino aut ſextili aſpectu aſpiciet: & optimè ac in bono loco collocabitur, ac in ſuis dignitatibus: vt (exempli gratia) ſi in ſeptem primis gradibus virginis, in ſua domo, exaltatione & terminis erit. Si autē

frigidam & humidam ventriculi intemperiem corrigere velis Venus fortunanda eſt & corroboranda, vt ſi in octo primis Tauri gradibus, vel in duodecim primis Piſciũ ponatur, in ſua domo vel exaltatione & terminis erit: vel ſi in Libra ponatur in ſua domo etiam erit. Patet ergo quòd in humorum purgatione & morborum curatione, contraria in planetis & ſignis ratio ſeruatur. Nam in alicuius humoris purgatione fortitudo planetæ ſimbolum habentis cum humore purgando vitatur: ſed ſignum ſimbolum cum eo habens eligitur. In euacuatione bilis, ſignum calidum & ſiccum ac partem reſpiciens eligitur: tempúſq; quo Luna ipſo ſit expectatur, vel aſcẽdere cogitur. Signa verò frigida & humida pro phlegmatis vacuatione cõferunt. Frigida verò & ſicca in melancholico humore purgando: calida denique & humida in ſanguine extrahendo eliguntur. Illa autem quæ ſint in pręcedentibus ſatis manifeſtum fuit.

De venæ ſectione.
CAP. XIIII.


ENÆ ſectio eſt viuerſalis euacuatio plenitudinem euacuans. Plura igitur in ſanguinis miſsione ſiue venę ſectione animaduertenda ſunt. ſed potiſsimùm vires corporis, & aëris cõſtitutio, & aſtrorum motus, de quibus motibus in pręſentia ſermo à nobis habetur. Quòd autem ad corporis conſtitutionem & vires attinet. Pueris ante decimumquartum annum, ſanguinem educi haud par eſt: quemadmodum ſenibus poſt

nibus poſt ſeptuageſimum,niſi vires valeant. Quidem enim ſunt qui anno ſeptuageſimo vel etiam octuageſimo eam admittant, quod aliqui ſexſageſimo vel quinquageſimo anno ob virum imbecillitatem non faciunt. Macilentis item ac tabidis, vena non eſt ſecanda,vt neq; pinguibus:his enim ob pinguedinis copiam à ſectione venę vaſa in ſeſe concidunt,illis parum admodum eſt ſanguinis qui ad nutritionem omninò requiritur.Morbi tamen in quibus conueniat aut non animaduertẽdi ſunt. Morbi enim magni (Galeno libr.quarto methodi teſte) venę ſectionem cupiunt,modo vires & ætas permittãt. Jn omnibus etiam morbis , qui ortus ſui cauſam ex ſanguine habent,vt ſunt continens febris & omnis generis phlegmones, miſsio ſanguinis proficit. Aër etiam inſpiciendus eſt, calidúſne aut ſiccus ſit, aut frigidus,an verò temperatus.Quando enim aër vel ob eius conſtitutionem,vel anni tempus , vel regionem,nimis calidusvel frigidus fuerit,mittẽdus haud eſt ſanguis:quia calidum nimiũ diſſoluit , frigidum autem nimium refrigerat. Itaque aër optimè temperatus ſit,& in omnium qualitatum medio conſtitutus cùm ſanguis mittitur. Aër demùm non ſit nebuloſus,ſed ſerenus. Nec tunc temporis ventus auſtrinus perflare debet,ſed aquilonius aut zephirus fauonius vtpote qui ab oriente initium ſumens temperatus ſit.Sed hęc à medicis ſatis ſupérq; docentur:quare ad propoſitum adeamus. Quòd itaque ad aſtrorum motus attinet,motus Lunę & ipſius ad alios planetas aſpectus pręcipuè attẽdendi ſunt. Luna enim in quolibet planetarum aſpectu exiſtente,ſanguinis

detractio non bona est. Primò igitur quòd ad Lunæ motum attinet, sciendum est tempus quod à Solis & Lunæ coniunctione, id est à nouilunio vsque ad primam Lunæ quadraturam aptum esse iuuenibus pro sanguinis missione. A' prima autem quadratura siue quarta vsque ad Solis & Lunę oppositionem siue pleniluniũ, sanguinis missio iuuenibus ac virilis cõuenit. Post oppositionem siue plenilunium ad secundam Lunæ quadraturã, sanguis ætate florentibus ac senibus mittẽdus est. A' secunda deniq; Lunæ quadratura vsq; ad nouiluniũ, venę sectio senibus cõuenit. In omnibus tamen cõplexionibus venę sectio minimè cõpetit, Luna in omnibus signis existente. Sed pituitosis, cùm erit in Ariete & Sagittario conuenit: cephalica tamen in Ariete excepta: in Sagittario autem coxarum vena. Melancholicis autẽ cum Aquarium & primam Librę medietatẽ Luna tenebit, sanguinis missio non prohibetur. Aquarius tamen tibias, Libra nates excipiet. Cùm demùm Cancrũ, vel pisces Luna peragrabit, sanguinis vacuatio biliosis conferet. Cancer tamen pulmonum venam, Pisces pedũ incidere prohibẽt. Iuxta illud Ptholemei aphorismo vigesimo. *Tangere partem ferro Luna existente in signo partem hanc respiciente periculosum est.* Alia autem signa nempè Leo, Gemini, vltima Librę medietas & Scorpius, ad sanguinis missionẽ apta non sunt. Leo, scilicet propter calorẽ, & quia Solis domus est. Gemini quoniam brachia respiciũt, in quibus vt plurimum vena inciditur. Vltima Librę medietas: quia via est combusta, & ibi etiam Luna (quę ab infortunijs libera esse debet) infortunatur. Scorpius deniq;

quia via

quia via combuſta cum vltima Librę medietate vocatur: & quia Martis domus eſt, venę ſectionem vetat. Triplicitas verò terrea non conuenit, ac rarò eligitur: niſi in curationis morbi antiqui principio, vt iam dictum eſt in pręcedentibus. Lunę pretereà ad alios atque alios planetas diuerſi aſpectus, hanc fieri impediunt vel iuuent. Qui autem hanc fieri vetant, hîc ordine ſequuntur.

Lunæ cum Sole:
- ☌ Miſsionem ſanguinis ante & poſt trium dierum ſpacio impedit.
- □ Sanguinis vacuationem per medium diem ab vtraque parte prohibet.
- ☍ Venæ apertionem diem vnum ante & poſt vetat.

Lunæ ☍ aut □ cũ { ♄ ♂ } Diem vnum ante & poſt ſanguinis miſsionem impediunt.

Lunæ ☌ cum { ♄, ♂, ☿ Infortunato, ♀ Infortunata, ☊, ☋ } Diei vnius ſpacio ab vtraque parte venam aperire prohibet.

Venę item apertio Luna curſu vacua exiſtente non fiat: neque hoc tempore purgans medicamentũ dandum eſt. Ab hora malorum Saturni, ſcilicet vel Martis, in ſanguinis vacuatione cauẽdum eſt. Luna denique eo tempore quo aperitur vena, ſigna communia ſiue media ſi fieri poſsit, nõ teneat: actionem enim impediunt, & ſanguinis fluxum ob errorẽ pariunt. Nunc qui-nam Lunę ad planetas aſpectus miſſionem ſanguinis laudabilem faciunt dicendum eſt. Sunt autem quę ſequuntur.

Aſpectus laudabiles in ſanguinis miſsione.

Lunæ ☌ cum	♃ ♀	Optima eſt pro ſanguinis miſsione, modo tamen Venus combuſta non ſit.
Lunæ ▽ vel ✱ cum	♃ ☉ ♀ ☿	Bonus eſt in ſanguinis vacuatione, cùm ♃ autem & ♀ optimus.
Lunæ quadratus cum	♃ ♀	In ſanguine mittendo conuenit: Oppoſitio cum eiſdem bona eſt.
Lunæ cum ♂	▽ ✱	Mediocres in phlebotomia ſunt.

Illi igitur aſpectus diligenter animaduertendi ſunt, ſi miſsionem ſanguinis proſperam ac ſalubrem fore ſperamus. Denique cauendum eſt in ſanguine mittendo, ne octauę domus ſiue mortis domino Luna applicet.

De balneo & cucurbitulis.

CAP. XV.

VONIAM (vt iam ſępiſsimè dictum eſt) Luna ſecundum loci qualitatem in quo eſt, in hęc inferiora influit. Ideò q̃a ſigna terrea frigida ſunt & ſicca, ac illorũ eſt cõſtringere: Luna in illis, hoc eſt in Tauro, Virgine & Capricorno exiſtente, tempus ad balneũ idoneum non eſt. Aptum aũt erit balneo diſſoluẽte: vti Luna in Ariete, Leone & Sagittario exiſtente: quę ſigna calida ſunt & ſicca, ac calidi ſit diſſoluere. Cùm verò humectare deſideratur, in Gemellis vel Libra quę ſigna ſunt aërea Luna ſit, non autem in Aquario: quoniam eſt Saturni domus. Quando tamen in brachijs,

brachijs, humeris vel manibus apponendę ſunt cucurbitulę, Gemini vitandi ſunt, qui alio tempore vt etiam Aquarius conueniunt. Signa demùm frigida & humida, vt ſunt Cancer, Scorpius & Piſces eligun tur: cùm refrigeratio & humectatio deſiderantur. Cùm etiam diſſoluere cupimus, conueniunt: humidum enim humores ad diſſolutionem præparat, qui poſthac balneo diſſoluuntur. Balneum adhuc Lunæ ad maleuolos planetas aſpectus, impediunt: vt Lunæ ☌ vel □ aut ☍ ad Saturnum aut Martem. Lunę pręttereà aſpectus aut applicationes cum domino octauę domus & planetis cõbuſtis balneum impediunt. Lunæ autem ad beneuolos planetas aſpectus & applicationes, vt eius coniunctio aut ſextilis aut trinus aſpectus aut eorundem aſpectuum applicationes ad Iouem vel Venerem, aut trinus vel ſextilis ad Solem: vel etiam quadratus & oppoſitio Lunæ ad Iouem & Venerem Balneum pręſtantiùs ac tempus ad balneum conuenientiſsimum reddunt. Iam verò de cucurbitulis ſermonẽ facturis dicamus eas non debere membro alicui apponi: Luna exiſtente in ſigno cui pars illa ſiue membrum ſubiacet. Iuxta illud Ptholemei iam dictum aphoriſmo vigeſimo: vt plurimum enim cum ſacrificatione apponũtur. Lunę pariter ad malos aſpectus cucurbitularum appoſitionem prohibent, vt Lunę coniunctio, quadratus aut oppoſitio cum Marte vel Saturno, aut eorũdem aſpectuum applicationes. Luna item per alia atque alia ſigna diſcurrente complexionibus quibuſdam conueniunt. Veluti pituitoſis Luna in Ariete & Sagittario exiſtente, cõuenientiſsimè dentur. Excepto

tamen capite in Ariete, exceptísq; coxis in Sagitta rio. Biliosis autem Luna per Cancrum, Scorpionem & Pisces discurrente, commodè apponũtur. Cancer verò pectus excipit, Scorpius verenda & femora, Pisces deniq; pedes prohibent. Melancholicis demùm cùm in Aquario vel Libra Luna fuerit affiguntur: nates tamẽ in Libra, tibię in Aquario prohibẽtur. Hęcque omnia optima habentur, quando ad beneuolos planetas aspectus aut applicationes Luna habuerit. Veluti Lunę coniunctio, sextilis aut trinus aspectus vel eorundem aspectum applicationes ad Iouem vel Venerem, aut etiam quadratus & oppositio eorundem, idoneã cucurbitularum appositionẽ pręstant.

De vomitu prouocando, ænematis iniectione & topicorum appositione.

CAP. XVI.



CVM QVIS vomitum cupit prouocare, Lunam in ruminantibus signis ponat, quę sua natura hunc prouocant. Ea autem sunt Aries, Taurus & Capricornus. Bonum est etiam, vt applicationẽ aut aspectum Luna ad planetã retrogradum, vel supra terram existentem, habeat. Hij enim medicamẽtum sumptum vna cum humoribus suapte natura sursum ducunt. Cauẽdum tamen est, ne domino sextæ domus (quæ domus infirmitatis est) vel octauæ domus domino, Luna applicet, neque eos aspiciat. Quæ in vomitu prouocando conuenire dicta sunt: eadem cum sternutamentum ciëre volumus, aut gargarismata imperare, conueniunt.

In ænematis autem iniectione Scorpioné vel Libram Luna teneat, ac planetæ sub terra existẽti applicet. Ad Iouem preterea vel Venerem sextilem aut trinum, vel etiam quadratum aut oppositionem Luna habeat, aut eisdem coniuncta sit. Sed cauendum est ne ascendentis dominus domino sextę iungatur, ne ei aliquo aspectu applicet. À malorũ aspectu Luna & dominus ascendentis summoperè arcẽdi sunt.

Topica verò remedia parti apponi debent. Luna in signo huic parti pręsidenti existente. Veluti si capiti topica apponantur, Luna Arietem teneat. si autem brachijs, Geminos possideat: ac sic in alijs. Eo tamen tempore, neque ignis, neque ferrum apponantur, iuxta prędicta. Si autem remedia carnem generantia adhibeantur: aucta lumine & numero, aut in sui incremento Luna sit. Cùm demùm carnem minuentia remedia adhibentur, contraria ratio seruatur: eo enim tempore quo Luna lumine & numero diminuta est, debent apponi. Refrigerentia deniq; calfacientia & alias qualitates inducentia medicamenta, Luna his qualitatibus cõuenientia signa discurrente, apponi debent.

De electione in profligandis morbis oculorum, aurium, & febribus curandis.

CAP. XVII.



QVIA VERÒ non solùm in totius corporis, sed etiam in digniorum partium salute recuperanda medici labor versari debet. Ea de causa non ab re duxi hîc de oculis & auribus sanandis nonnulla subij-

cere: quia eorum cura nobis maior esse debet, quorum vsus magis est necessarius & vtilis. Sensus enim visus, vt inquit Aristoteles primo capite primi metaphisices, scientię in nobis causa est, qui rerum differentias & discrimina dijudicat. Auditus autem disciplinę, ita vt in animalia eo sensu orbata disciplina nonquam cadat. Non me latet cerebrum, cor & hepar à Galeno & Aristotele partes principaliores vocari, à quibus non dissentio. sed quoniam partes illæ toti animæ, non secus ac ventriculus & hepar corpori inseruiunt, eas digniores vocare placuit. His etiam de febribus curãdis methodũ anneximus: quia morbus illæ per totas corporis partes sese insinuãs totum hominem vehementer agitat, à quo existimaui me gratiam initurum, si huius tam familiaris morbi curandi nonnulla pręscriberem. Rem igitur fœliciter aggredior. Oculorum ac aurium morbi varij sunt, variáque simptomata & diuersę causę. Oculorum népè strabismus, paralisis, atrophia, ecpiesmos nictalops, ophthalmia, pterigium, phlictemę, ægilops, & alij qui sunt vel totius vel partis. Aurium autem sunt otalgia, sirismus, surditas, & alij qui à Galeno libro quarto de differentijs simptomatum, & libro quarto de locis affectis annumerantur. Illorum autẽ causæ varię sunt. Sunt enim aut propinquę aut remotę. Propinquę sunt caliditas, frigiditas, humiditas & siccitas. Remotę verò sunt vel internę, vel externę: internę vt sanguis, vel pituita, vel bilis flaua, aut bilis atra, aut fumi eleuati à partibus inferioribus ad cerebrũ, aut spiritus. Externę sunt aut æstas, hiems, ver, autumnũ, ira, timor, vel mœsticia, somnus vel vigilia,

exercitatio immoderata, otium & labor. Quo pacto autē causę cognosci posſint anteà docuimus. Curatio ſecundum cauſarum diuerſitatem variatur. Cauſę verò à planetis quibuſdam illis qualitatibus conuenientibus reguntur, vt ſanguis à Ioue: bilis verò cum caliditate à Marte gubernatur: ſic etiā alię cauſæ à planetis alijs reguntur. Illud tamen non eſt prętereūdum, ſpiritus & vapores à Mercurio regi & gubernari. Ergo quando ipſorum morborum curam aliquis aggreſſurus eſt, conuenientem cęli influentiam eligat. Luna igitur lumine & numero aucta, & ab infortunijs libera in Ariete ſita ſit. Cauendum tamen eſt ne aſcendat: in aſcendente enim, vt dictum eſt, infortunio afficitur. Dominus autem aſcendentis: quia aſcēdens caput reſpicit, benè fortunatus ſit, ac liber à malis: nec in aſcendente mali ſint. Cauendum etiam eſt ne Luna pręcipuè in ſui incremento cum Marte quadrato vel oppoſitione aut etiam corpore iuncta ſit, & in ſui decremēto ſupradictis aſpectibus cum Saturno: Mars enim caliditatem auget: Saturnus verò frigiditatem. Mars pręterea oculis in omnibus noxius eſt. Si tamen Luna in ſui decremento trinum aut ſextilem ad Martē, aut eoſdem in ſui incremento ad Saturnum habuerit: curatio ob id nō remorabitur. Hora etiā Martis in curationis principio fugienda eſt, & cauendum ne aſcendentem teneat. Cura demùm (ſi fieri poſsit) incipi debet Luna lumine & numero creſcente. His ita conſideratis, ſi morbus humorem peccantem vel in toto corpore, vel in parte aut capite, cauſam habeat. Luna exiſtente in Ariete, vel in Piſcibus aſcendente Ariete, & pla

neta humorem peccãtem reſpiciens debilis exiſtente purgabitur:modò tamen planeta, qui huic humori aduerſatur, fortis ſit. Corpore purgato topica in debita conſtellatione ſupradicta adhibeãtur. Luna tamen Arietem, aut mobile ſignum, vel commune teneat,quando ignis aut ferrum oculo apponendus eſt. Sed ſi Aries aſcendat, pręſtantior operatio fiet. Curato morbo Luna in eodem ſigno exiſtente ac à malis libera, caput & oculus corroborentur.


Quod autem ad morborum aurium profligationem attinet,dicẽdum eſt, quòd in cęli influentię electione nihil ab oculorum curatiõe differt,quia totum caput ac eius partes Arietis domino ſummittũtur. In hoc tamen differunt,quòd quia aures, partes oculis ſicciores, duriores & robuſtiores ſunt, medicamenta etiam valentiora optent. Quare cùm de morborum illarum partium curatione ſatis dictum ſit: ad febrium curationem ſtilum cõuertamus. Docendo quid ſit febris, ac quot ſunt febrium differentiæ: ídque ex Galeno ac bonis authoribus.

Febris itaque eſt calor pręter naturam, qui à corde initium ſumens, per arterias in omne corpus diffunditur, actionéſque eiuſdem lędit: quam etiã alij ſic finiunt. Febris eſt calor pręter naturam è corde in omne corpus diffuſus. Differẽtia autem febrium, etſi vel ab eſſentia, vel ab accidentibus (vt patet ex Galeni libris de febrium differentijs) ſumi poſsit. Ea tamen quæ à materia in (quo calor accenditur) petitur, vulgaris eſt & communis. Itaque quum tria ſint in corpore (vt Hippocrati libro ſexto epidemiorum placet) Continentia nempè, contenta & impetum

facientia

facientia:hoc eſt partes ſolidę, humores & ſpiritus. Vel enim calor pręter naturam in ſpiritibus accēditur:& tunc fit ἐφήμερα, quę diaria interpretatur : eáq; duplex eſt, vna ſcilicet ſimplex, cuius acceſsio vno die, id eſt vigintiquatuor horarum ſpacio terminatur,& ea propriè ἐφήμερα, vocatur. Altera autē,cuius acceſsio ad tertium vſq; diem vel vltra ad quartum nempè, vel quintum vel ſextum aut etiam ad ſeptimū protēditur. Aut in humoribus putreſcentibus calor immodicus pręter naturā accenditur,& fit ſecundū febriū genus. Porrò humores biffariā putreſcūt. Vel enim putreſcūt intra vaſa aut extra: intra vaſa rurſus dupliciter:nēpè vel oēs ęqualiter in magnis potiſsimū vaſis putreſcunt,& tunc fit ſinochus ſiue cōtinens putris: vel vnus duntaxat humor,& fit συνεχὴς Græcis, Latinis autem continua dicitur. Eſtq; ea triplex, quoniā vel bilis flaua putreſcit,& fit tertiana cōtinua, ſic dicta quòd non ſecus ac tertiana intermittens,tertio quoque die acceſsionē habeat: vel pituita calorē pręter naturā acquirit,& putreſcit,ac fit quotidiana cōtinua: vel melācholia, & fit cōtinua quartana:eo quòd quamuis continua ſit: tamen vt tertiana tertio quoq; die,& quotidiana ſingulis diebus exacerbatrionē habent ita etiā quartana quarto quoque die acceſsionem habet. Iam verò ad aliud genus febrium putridarum redeamus. Humores extra vaſa putreſcunt ac febres intermittentes fiunt, vt ſi bilis flaua putreſcat,fit tertiana intermittens, exquiſita & ſimplex ſi ſincera & pura bilis fuerit: notha verò ſiue ſpuria, ſi mixta cum pituita ſit. Quotidiana autem fit putreſcente pituita dulci, & dicitur ἀμφημερινὸς,

dicta quòd singulo quoq; die accessionem habeat. Si autẽ pituita vitrea putrescat, fit hepiala. Si demùm melancholia extra vasa putrilaginem acquirat, fit intermittens quartana. Tertium verò simplicium febrium genus est, cum in partibus solidis corporis calor pręter naturam accenditur: & tũc fit hectica: quę si ita increuerit, vt partes solidas ac humores colliquat, marasmus appellatur, atque hęc breuiter de febrium differentijs dicta sufficiant. Quęlibet autem ipsarum febrium species à quodam planetarũ regitur, cuius fortitudo in ipsius febris curatione vitanda est, ne curationem retardat. Qui autem sint illi planetę sequens tabula, omnes febrium differentias complectans docet.



In curatione igitur ipsarū febrium, animaduertendum est diligenter, ne planeta morbum regēs ac moderans, fortis in cęlo sit: sed potiùs debilis, & planeta morbo repugnans & aduersarius fortis ac fortunatus sit. Veluti in principio curationis quartanæ

febris. Lunę ad Saturnum applicationes, & Saturni robur timendę sunt. Saturnus item neque ascendentis dominus sit, nec in eo vel cęli medio collocatus. Verumtamen Iupiter qui illi (vt anteà dictum est) aduersatur, roborandus est ac fortunandus in ascendente vel cæli medio, hoc est in decima domo. & si ascendentem regere posset, pręstantior operatio fieret. Quod si id fieri, non potest, ascendentem ac eius dominum respiciat. Eum etiam trino aut sextili aspectu Luna aspiciat, aut his aspectibus ei applicet. À malis denique & infortunijs Luna sit libera, & in sui incremento lumine & numero aucta. Hac igitur via in reliquarum febrium curatione pergere oportet. Vt in febris tertianę curatione, Venus & Luna roborandę sunt, ac fortunandæ. quo magis autem Mars erit debilior, eo magis prosperior curatio erit. In quotidianę verò curatione ordine cõtrario est procedendum. Luna tamen semper fortunata esse debet. Hęc si quis diligenter animaduerterit, non nisi prosperè ac fœliciter (fauente Deo optimo & maximo) curatio succedet.

Fragmenti de morbis & diebus criticis ex Astrorum motu cognoscendis Claudio Darioto Pomarsensi authore,

FINIS.

891

M


LV

BVS

SOPH

cor

Ad



A

ANTONII

MIZALDI MONSLVCIANI PLANETOLOGIA, REBVS ASTRONOMICIS, MEDICIS, ET PHILOSOPHICIS ERVDITE REFERTA: EX QVA, COELESTIVM

corporum cum humanis, & Astronomiæ cum Medicina societas, & harmonia (quam prisci ἰατρομαθηματικήν *perapposité nuncuparunt) paucis degustatur, & dilucidè aperitur.*

Reliqua, pagina versa dabit.

Ad generosissimum principem & Cardinalem CAROLVM A LOTHARINGIA.



LVGDVNI,
Apud Mauricium Roy, & Ludouicum Pesnot.
M. D. LI.

Cum Regis Priuilegio ad decennium.

Hic præter PLANETOLOGIAM *insunt, Satyrica de μυσουρά-νοις; Expostulatio: qui cum bruto, Epicureorũ grege, & cœlum rident, & de sua maiestate illud (vt olim Gygantes) impiè deturbare satagunt: quo sanè, tota rerum mundi vniuersitas nihil habet diuinius.*

QVERIMONIA *quòd vetustißimum doctrinæ genus de cœlo & stellis non exerceatur: cum pulcherrima nomenclatura eorum, qui olim tum immortali gloria res cœli excoluerunt, & amauerunt.*

DIALOGVS *elegantißimus quo docetur quatenus cœlestium prognosticorũ significationes & decreta procedant. Et quòd corpora stellis subijciantur, potius quàm voluntas, solius hominis propria: modò illa sensuum titillationibus, & cupiditatum illectamentis non acquieuerit.*

COELVM ET SOLVM.

Extraict du Priuilege.



IL est defendu à tous Imprimeurs & Libraires, sinon à Macé Bonhomme Imprimeur & Libraire de Lyon, de non imprimer, ne faire imprimer, ny exposer en vente, ce present liure intitulé *Antonij Mizaldi Monsluciani Planetologia, rebus astronomicis, & medicis, & philosophicis eruditè referta, &c.* Iusques au bout, & terme de dix ans, venants, ensuiuants, & consecutifz: commenceants du iour & datte de la presente impresſion. Et ce sur peine de confiscation desdicts liures, & d'amende arbitraire, ainsi que le tout est plus amplement contenu au Priuilege sur ce octroyé & donné à Paris le deuziesme iour de Ianuier, Mil cinq cents cinquante. Signé, Buyer.

GENEROSISSIMO
PRINCIPI ET CARDINALI CAROLO A LOTHARINGIA, literarum parenti & patrono, ANTONIVS MIZALDVS Monslucianus S. P. D.



VM olim repentino quodam tumultu erumpente auditum esset à Corinthiis, Cardinalis & princeps illustrißime, Philippum Macedonum Regem suam in illos expeditionem conuertere: & ea de causa quisque quod esset ex re & vsu patriæ perstrenuè aggrederetur: hic scuta sibi apparãdo, ille loricam induendo, alter ocreas & galeam aptando, nonnulli sese baltheo præcingendo, frænatos equos admittendo, currus militares conscendendo, tesseram per aciem prodendo, ad manipulos, centurias, & chiliadas excurrendo, bellicas machinas proferendo, aggeribus, fossa, muro, propugnaculis & milite urbem actutum muniendo, commeatus parando, lapides ad mœnia comportando, tuba, cornu, & tympanis animos faciendo, signa explicando, claßicum canendo, susque deque festinando: in summa, pro re & tempore, sedulò (sicuti par erat) quiduis agitando, vt & vrbi, & patriæ maturè prospiceretur, nec quidquam ad arcendum hostem intentatum relinqueretur, ferunt ἠλιτρόβιον *Diogenem, deposito philosophico & pileo, & pallio, fronte supra pollicare supercilium corrugata, impexo capillitio, coq́ue cano & sesquipedali, ad hæc propẽsa & incomposita barba, setosisq́ue brachiis, ac vnguibus ad enorme*

excrementum prominentibus, dolium illud suum versatile (quod palatium cum cœlo, & aërijs tempestatibus sese immutans nuncupare solebat) per vicinum urbi collem, ἄνω καὶ κάτω (quod Græci dicunt) hoc est sursum ac deorsum, aliquot dies voluisse, reuoluisse, subuoluisse, ac deuoluisse. Quod cùm plerique admirarentur, atque adeò rogarent, ecquid insolito, nouoque labore sese conficeret, ne inter tot operarios (respondit) solus cessator videar. Dignum me hercule tanto philosopho ἀπόφθεγμα. Quod vbi ad aures meas venit, me virum planè fecit: meique officij seriò commonuit. Cùm enim doctißimos quosque in hac Parisiensi Academia, legendo, scribendo, docendo, & aliter certatim de literis & posteritate bene mereri viderem: Palladijsque machinis aduersus ἄγνοιαν fœlici Marte pugnare: & eam in rem nouas acies subinde instruere: quæ & cæsim, & punctim in illam, eiusque fautores & coniuratos sub præstantißimis ducibus irruant: precium operæ facturum me putaui, si pro mea tenuitate, in medium campum cum illis prodirem: nec inter tot egregiè militâtes, vnus de multis (vt dicebat Diogenes) cessator haberer, & proinde, Hesiodi illud in me cadere meritò agnoscerem, ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. Quid tu his amplius expectas ornatißime Cardinalis & Princeps? Certè, in hac velitatione, & verè Apollinea expeditione, cùm armorum (quæ mihi vsui essent) delectus peropportunè quæreretur: in eoque, diu ac multùm frustra à me sudaretur (propterea quòd à strenuis militibus occupata essent omnia, nec vllus in castris relictus mihi esset locus: imò verò ne dux quidem propositus, sub cuius vexillis, dato nomine, tutò militarem) confestim de mutando consilio, deserendisque castris, ac transfugiendo deliberare cœpi. Quod cùm subodoratus esset Castalius Gallorum Mercurius, sub incomparabili Rege nostro Henrico, vnà cum Lotharingo Apolline, studiosæ huius militiæ Imperatore vigilantißimo, Antesignanus impiger, heus heus Mizalde (inquit) quorsum tam subitò à doctorum agmine deficere cogitas? quasi verò quidquam sub illustrißimo Lotharingo Apolline (qui te mecum, vnà cum multis alijs fouendum suscipiet) in hac acie tibi defuturum polliceri debeas. Eia bono animo esto. Heic plerosqueagnoscis pro Grammatica, pro Rhetorica, pro triplici philosophia, pro medicina, pro iuris prudentia, pro Theologia, pro Mathematicis,

Cardinalis à Lotharingia, & à Castilione, sub Christianissimo Rege Henrico, duo hodie literarum patroni.

thematicis, in ſumma, pro Latinorum, Græcorum, Hebræorum (vtinam etiam Arabum) re omni, contra ἄγνοιαν ſtrenuè dimicare: diurnas, nocturnaſque excubias agere: & quouis telorum genere in media arma ruere. Eho, túne tam citò clypeum abijcies, ac tam generoſos concertatores negliges? En tibi arma, & ſumptus, quibus te poſthac cõmodè tuearis: & me duce, pro Vrania, aut (ſi vis) pro cœleſti Philoſophia, ex animo pugnes. Agè itaque, inſtructiſsimos milites tecum ſelige, qui illam de impijs Gygantum manibus eripiant, & in veterem poſſeſsionem, veluti poſtliminio reuerſam alacriter aſſerãt: priſcumque illius cum Philoſophia & Medicina coniugium, iamdiu ab impuriſsimis quibuſdam adulteris labefactatum, generosè reparent. Verùm enimuero, caue, caue (inquit) ne, quod hodie plærique omneis faciunt, illam ex vmbra in tenebras præcipites: hoc eſt, diuinas cœli res ad vanas præſtigias, mẽdacia, imposturas, & (vt loquitur Gellius) æruſcationes impudenter traducas. Quod ſcelus ſicuti Apollini, & mihi item, valde eſt inuiſum, ita breui publicè plectendum. Ergo, cœleſtia philoſophicis & medicis (vt cœpiſti) ac Vraniam Aeſculapio prudenter coniungere, & ſtabili connubio firmare, ſatage. Hoc ſi feceris, quàmplurimos tibi demerebe-ris, ac me vbique patronum ſemper habebis. O dulciſsimum claſſicum! ò efficacem vocem! ò diuinam exhortationem! Quæ, ecquem per deos immortales, vel in ſcholarum puluere adhuc iacẽtem non erigat, & excitet? Ad illam ſanè animus meus ex demiſſo erectior factus, ex fracto integer redditus, & ex languido vegetus planè viſus, illico & incaleſcere, & me ad arma cũ alijs capeſſenda extimulare nihil eſt cunctatus, vt obſidem Vraniam ſi minùs liberare, ſaltem de muro ſalutare, & ſuorum maritorum nomine (philoſophorum, inquam, & medicorum) bene valere, & fœliciter ſperare nuntiarem. In quam rem, Princeps & Cardinalis eruditiſsime, literariam hanc machinulam recenter fabricatam, cum præteritis aliquot alijs hodie ereximus: alias atque alias deinceps emiſſuri, ni temporum obſtiterit iniquitas. Dominus, cui & cœleſtium, & humanorum corporum ſumma eſt cura, conatus noſtros, pro ſua pietate, adiuuabit: facietque, vt & Lotharingus Apollo, & Caſtalius Mercurius, Mecœnas noſter & patronus, manum nequaquam detrectent: qui honeſta ſectan-

res promouere solent, ac bonis animis vltrò occurrere. Hæc sunt, Princeps & Cardinalis amplißime, quæ me subinuitarūt vt præsentem Planetologiam, astronomicam æquè, atque medicam ac philosophicam cum suis appendicibus, in tuo nomine diuulgarem. Quem verè noui, non solùm rerum cœli & medicinæ studiosos, sed & alios quosuis eruditione aliqua insignes amare, domi & foris alere, meritis honoribus augere, & tandem honestis modis locupletare: non sine immortali nominis tui gloria. Quam viam, & heroes, & heroum filij omnes ingreßi, locum inter astra sibi demeruerunt. Quòd si mihi heic hortandus est, qui alios hortari, iuuare, ac excitare solet: ego Gallicū Apollinem, Gallicū Principem, Gallicum Cardinalem (vt Teucrum Myceneus ille apud Homerum) hunc in modum hortabor, βάλλ' οὕτως. Sic iace, non sagittas (inquam) vt ille de scuto fratris sui Aiacis, sed pulchra, vt cœpisti, immortalitatis tuæ fundamenta, literas, & illarum professores locupletādo: Iace (inquam) radios tuos, ò Gallicane Apollo, in literarium orbem: qui te, vnà cum meo Mercurio reueretur, suspicit, & meritò amat. Hoc si feceris, non ampliùs eris Carolus, sed literis omnibus, & illarum cultoribus Chara Lux. Quam nobis diutißime seruare dignetur, qui & vera, & vitalis, & sempiterna est lux, illuminans omnem hominem venientem in hunc modum. Bene vale. Lutetiæ, postridie assumptæ Virginis in cœlum.

1551.



ORONTII FINEI REGII

Lutetiæ Mathematicarum professoris & illustratoris ἔννοια, ad ANTONIVM MIZALDVM pro coniugio cœli & Medicinæ.



ELLVRI cœlum si secula prisca maritãt:
Si sine vi cœli, si sine Sole nihil.
Si plantam gignit cum terra Phœbus: & illam
Fœcundans animat, promouet, atq; fouet.
E cœlo vires si stirpibus, atque metallis
Manant: queis morbos ô Medicina leuas.
Hinc te de cœlo non dices iure profectam?
Ac inuentorem promeruisse Deum?
Si tibi materiam tellus immunda ministrat
Exhaustam, & (cœlum ni iuuet) exanimem?
Quid non te cœlo debere fateberis? ex quo
Certa salus ægris statq;, caditq; tuis?
Si cœlo tellus substernitur: infima cœlum
Si mouet: & proprio temperat arbitrio?
Núm quidquam acceptum referes cœlestibus? Eia
Est quod posse putes viribus acta tuis?
Si humanum corpus, sine quo contempta iaceres,
Cœlo cognatam sustinet effigiem?
Dic agè, cur cœlum fraterno fœdere iunctum
Fastidis, ac si tetra venena daret?
Vis natum è gremio patris diuellere? amabò,
Núm Phœbo est genitus maximus Aesclapius?
Si inferiora vigent radijs moderata supernis?
Cynthia si morbos indicat vna tuos?
Cessa sacrilego cœlum insectarier ore:
Et fratrem Astrologum noscere perge tuum.

Sed hæc plus nimio: cùm tu, Mizalde, quibusuis
Id doctè ostendas, doctius excutias.
Coniugium scribis numerisq́, modisq́ probatum,
Astrologos medicis quo bene concilias.
Hactenus impietas hominum disiunxerat illos:
Quos tu coniungis, nec sinis esse duos.
Hoc fecit terræ studium, ac inscitia crassa
Quorundam: cœli scandere summa vetans.
De quorum pluma non pauci sunt λογιᾶτροι:
Queis cœlum sordet, sordida terra placet.
Vnde suis dixere scholis, scripsere libellis,
Cœlum cum medicis iuris habere nihil.
Tu contrà censes, Antoni, cogis, & instas:
Quod bellè prisci te docuêre σόφοι.
Dum facis Astrologum medicum, medicū Astrologūq́,
Esse doces vnum quos duo vulgus habet.
Multa tibi debent cœlum & medicina, reponent
(Crede mihi) meritis præmia digna tuis.
Fulgebit cœlum blandè, mentiq́ fauebit:
Quam reddet diuis, dum tua Fata volent.
Vt tamen interea stet sana in corpore sano:
Curabit musis hoc medicina tuis.
Quæ duo concilians, quid agis, nisi quòd tibi cunctos
Concilias medicos, & simul Astrologos?
Qui te percupidè rogitant, Mizalde, rogari
Si tamen à doctis tu bene ferre potes.
Vt quos in magno numero noctesq́, diesq́
Describis libros ædere nil dubites.
Optati venient, relegentur non sine laude,
Ac immortali nomine, viue, vale.

VIRESCIT VVLNERE
VIRTVS.



ANTONII

MIZALDI MONSLVCIANI PLANETOLOGIA, REBVS ASTRONOMICIS, PHILOSOPHICIS, MEDICIS, ET ALIIS REFERTA: CVM BREVI

demonstratione veteris societatis Medicinæ & Astronomiæ, quam prisci ἰατρομαθηματικὴν perapposite nuncuparunt.



PLANETIS, ac cœlestibus stellis, & signis, nomina nec temere, nec fabulosè indita fuisse.

CAPVT I.



QVIDEM IN EA semper fui opinione, ut existimauerim, nec ab re, nec per iocum planetis ac cœlestib⁹ stellis & signis, nomina indita fuisse: nec fingendi, dicendiúe libidine à quopiam illis comparata esse: q̃n potius, certa quadam ratione à primis rerum cœli obserua-

Planetis & signis nomina temerè imposita nō fuisse.

toribus (ut posteà ostendemus) bene, & apposité commenta fuisse: ut cuiusque planetę natura, & signi cuiuslibet proprietas, similitudine quadam ad posteros commodè transferretur: & alterum ab altero propria appellatione, ut par est, distingueretur. Quod etiam ab ipsis hominibus in apponédis rerum nomenclaturis (modò diligens fueris perscrutator) factum, obseruatumq; reperies. Ita tamen, ut notarum ipsarum, ac nominum bona pars, ab effectionibus rerum quas indicant, proprietatibusq; potissimùm deducatur. Sic, quibus in rebus Agricultura uersatur, imò uerò ars quæuis, earum appellationes sanequàm appositas habet. Vnde laudi quoque dandum est rerum cœli inuentoribus, si hoc idem seruârunt, dum occultissimas planetarum ac signorum significationes uocibus perquàm accommodatis insigniuerunt. Quod etiam à Medicis in plærisq; herbis, ac medicamentis familiare fuisse, & hodie in receptissimo usu esse non ignoras. Cæterùm, cœlestibus his nominibus, cœlestiumq; decretorum, ac potestatum notis, plurimum ornaméti prisci attulerunt poëtæ: dum commentis suis illam philosophiæ partem, quæ ad stellas pertinet, inornatam relinquere noluerunt. Itaque, quemadmodum illi hominibus nomina effinxerunt pro eorum uirtutibus & uitiis: sic planetis ipsis ac signis, nomina quoque sub fabuloso cortice indere studuerunt, quæ per quandam similitudinem animalium, personarum, aut rerum aliarum, proprietates ipsarum stellarum, signorúmue indicarent: ac designandis cùm corporum, tum animorum constitutionibus, quæ ab illis prodeunt, oppidoquàm opportunæ essent. Ergo, sicuti nauigationem consuetudo reperit,

Poëtas multum ornamēti cœlesti philosophiæ attulisse.

Rerum cœli cognitionē pe

rit, bellicam diſciplinam uſus, Rhetoricã, & omnem dicendi artem exercitatio, Agriculturam aſsiduitas, & Medicinam obſeruatio: ita ſtellarum nomina, motum, ſignificationes, & effectus, illa eadem obſeruatio, ac pertinax ſedulitas peperit. In qua, cùm maiorum noſtrorum ſolertia tota eſſet, cùm rerum cœli perueſtigationem, & partium eius nomenclaturam diligenter perſcrutaretur, ac cœleſtium corporum rationem ſatis compertam adhuc non haberet, ignes ætherios in genere, nũc ſtellas (quòd ſtare putaret) nunc ſidera (opinor à ſidendo) nuncupauit. Tandem uerò cùm motuum cognitio, quæ ἀστρονομία dicitur, in lucem prodiit, ſeptem inferiores ſtellas ab ipſo errore & uaga peragratione, uno omnes nomine πλάνητας, hoc eſt erraticas, & errones, cœtumq; reliquum ſuperiorem, fixas & inerrantes (quòd illarum motus poſt centum annos, quod uitæ humanæ ſpacium eſt longiſsimum, uix deprehendatur) generatim cognominauit. De quarum numeroſo theatro, ſicuti pauco tempore, paucæ uix dignoſci potuerunt, ita permulto, quàmplurimæ. Quas nec fruſtra moueri, nec incaſſum ſua munera obire, certo certius exiſtimandum eſt. Sed omnium maximè poteſtates planetarum ac naturæ (de quibus hîc ſumus acturi) citò, ac facilè comprehenſæ fuerunt: cùm ob propinquitatem, tum etiam ob motus celeritatem. Nam & curſus, & tempora quibus illos peragunt, & quid in coniunctionibus, quid item in aſpectibus, & in ſingulis tum locis, tum ſignis decernant, induſtria adhibita, pedetentim aſſecutum eſt. Verùm hæc ad alia properanti, quòd ad hunc locum attinet, ſatis erunt.

perit obſeruatio.

Stellæ unde erraticæ & fixæ.

Planetarum natura quomodo cõprehenſa.

STELLAE quomodo dicendæ calidæ, frigidæ, humidæ uel ſiccæ: & quòd à ſole non caleant: nec poßint illorum qualitates à colore iudicari.

CAPVT II.



E ILLOTIS, QVOD AIVNT, pedibus cœleſte hoc planetarum theatrum ingrediaris: & inſtitutam de illis narrationem, aſtronomicam perinde atque medicam, temere attentes: precium operæ facturum me putaui, ſi pauca, hîc de cœli, & ſtellarum qualitatibus, de motu, orbibus, corpore, natura, & colore adnotauero. Quod, ut dictum, ita factum exiſtimes, nunquàm, opinor, is fuiſti, qui dum cœleſtia corpora, humida, ſicca, frigida, uel calida legiſti, aut ſcripſiſti, idipſum perinde atque de noſtris corporibus, de ſtirpibus, & elementis, elementaribusq; rebus omnibus (ut paucis colligam) intelligere uolueris, nedum ſomniaueris. Nam corruptibilium corporũ & uiciſsitudines ſubeuntium (quarum cœlum eſt expers) proprium id eſſe, uel ex primis philoſophiæ rudimentis iam olim didiciſti. Recordaberis itaque nullum cœlis ineſſe elementaris qualitatis exceſſum, ut Peripateticè loquar: alioquin, ſiue ita compoſitum ſit, iam eſſet tot ſeculis diſſolutum, ſiue etiam ſimplex ſit, tanta ſaltem magnitudine, potentia, & perenni motione cætera perdidiſſet omnia. Itaque tanquam moderatiſsimũ omnia moderabitur, diuerſaq; in unum cõmiſcebit. Quando uerò dicimus non eſſe in cœlo ullum elementaris qualitatis exceſſum, intelligimus, nullam ibi eſſe inſignem qualitatem, ſed uirtutes potius, temperatarum qualitatum effectrices. Atque ubi quædam illic frigida,

Authoris ſcopus, & inſtitutum.

Cœlum corruptibilis qualitatis expers eſſe.

frigida,ſiccaq;,aut aliter nominamus, hæc Platonica accipimus ratione,ut frigidum appelletur,quod minimi caloris eſt cauſa: ſiccum uerò, quod humorem nobis exhibet minimum. Sic Ptolemæus in ſuo Mathematicarum prædictionũ libro, ſcribit Saturnum corpus noſtrum quodammodo frigidum atque ſiccum efficere,quia calorem & humorem noſtro minorem ſuo radio deſuper inſtillat: & ita de reliquis. Rectè igitur deinceps exiſtimabis,primos rerũ cœli ſcriptores,primos inueſtigatores, primos noméclatores,dum ex ſtellis alias humidas, alias ſiccas, frigidas item,uel calidas ſcripſerunt: aliud nihil innuere uoluiſſe, quàm hanc, aut illam qualitatem in rebus inferioribus,magis,minus,pro inſita cuique ui, uel augere,uel ciere,uel fouere. Id quod obſeruationes eorũ quæ quotidie contingunt,docere ſatis queunt. Luna enim,ut etiam Venus,& uaporoſa alia quæuis cœli ſtella,in humido ſigno,cũ humidis aſtris collocata, in aëre, & per illum ſublunaribus materiis, ea plærunque excitat,quę naturam ſtellarum cum quibus habet commercium, ſequi ſolent: nimirum humiditatem. Sic Mars cum igneis ſignis, & ſtellis, æſtum,Saturnus cum frigidis,frigiditatẽ,& ita deinceps: iuxta congenitam cuique ſigno ac ſtellæ uim, & naturam. Ergo in poſterum tam hebes non eris, nec uſqueadeò ſtupidus rerum cœli philoſophus, ut credas Solis corpus in ſuo orbe calidum eſſe, & proinde ſuperiora nedum inferiora calefacere, adhæc Saturni frigidum,Martis igneum, Lunæ humidum,Veneris uaporoſum, Iouis tepidum, & Mercurij uarium: ſed bene in elementis: elementaribúſque rebus, eiuſcemodi qualitates inducere, ac mouere, mouendo afficere,& afficiendo apparare,atque con-

Stellæ quomodo frigidę, humidæ &c.

Demõſtratio ſanè quàm pulchra, & appoſita.

Quomodo ſtellis qualitates adſcribendæ.

temperare exiſtimabis: ut rerum omnium prouectus deorſum fiat: ſequaturq; iuſta ipſarum qualitatum fermentatio, permixtio, & alternatio: ex quarũ probitate ac improbitate, tam generatio, quàm corruptio manare ſolent. Quæ cùm in cœlo nec ſint, nec ut fiant neceſſe eſt: quorſum ibi calidum, frigidum, humidum, uel ſiccum ſtatuas? Non itaque cœlis, nec partibus illorum ſtellatis, qualitates ullæ elementares inerunt, licet rebus omnibus mũdi inferioris illinc, pro ui cuique ſtellæ, à primis cœlorum fundamentis (ſi ita loqui fas eſt) indita, certò impertiantur, ac deriuent. In quo parum admodùm ſtupere debes: quando etiam ſub cœleſti orbe multa reperias, quæ de craſſa, & corruptibili materia, ꝓ ſibi infuſa facultate, id aliis præſtare poſſunt, quod in illis nequaquam agnoſcas: uſqueadeò rebus ipſis naturalis quædam uis ſubeſt, qua multa, etiam ad ſtuporem efficiunt, & cæca uia operantur. Quarum rerum ſi publica à me teſtimonia exigis, præter innumera, prodigioſas aliquot aquarum naturas, ex Naſone, Lucretio, & Pontano, hîc (nam fuſius in noſtris rerum occultarum Commẽtariis) tibi recitare, neque cunctabor, neque grauabor.

Rerũ mundi plurimarũ occultæ ſunt vires, ac operationes.

Ouid. lib. 15. Meta.

medio (inquit ille) tua corniger Ammon
Vnda die gelida eſt: ortuq;, obituq; caleſcit.
Admotis Athamantis aquis accendere lignum
Narratur: minimos cùm Luna receſſit in orbes.
Flumen habent Cicones, quod potum ſaxea reddit
Viſcera: quod tactis inducit marmora rebus.
Crathis, & hinc Sybaris, veſtris conterminus oris,
Electro ſimiles faciunt, auroq; capillos.
Cui non audita eſt obſcœnæ Salmacis vnda,

Aethiopesq;

Aethiopesq́ lacus? quos si quis faucibus hausit,
Aut furit, aut patitur mirum grauitate soporem.
Clitorio quicunque sitim de fonte leuârit,
Vina fugit, gaudetq́ meris abstemius vndis.
Huic fluit effectu dispar Lyncestius amnis:
Quem quicunque parum moderato gutture traxit,
Haud aliter titubat, quàm si mera vina bibisset.
Est lacus Arcadiæ (Pheneum dixere priores)
Ambiguis suspectus aquis, quas nocte timeto:
Nocte nocent potæ, sine noxa luce bibuntur.

Mirabiles aquarum naturæ & proprietates.

Et Lucretius de fonte Iouis Dodonæi in Epiro notissimi.

Frigidus est etiam fons, supra quem sita sæpe
Stupa iacit flammam concepto protinus igni.
Tædaq́ consimili ratione accensa, per vndas
Collucet: quocunque natans impellitur auris.

Adhæc Iouianus Pontanus in suis Meteorologicis.

uideas lapidescere Sarni
Cæruleo sub fonte alnum, filicisq́ maniplos:
Et paleæ intortos lento cum vimine culmos.

Hactenus illi. Quæ, si ut scribunt, se habent: si aquæ ipsæ crudæ, materiales, & corruptioni obnoxiæ ea dant, ea mouent, & excitant, quæ de omniũ sensuum exploratione non sustinent: credibile est profectò, diuina stellarum corpora, ab omni materia, & corruptione aliena, occulto cœlesti priuilegio, multò maiora efficere posse. Volo dicere, ab insita sibi ui, humiditatem, caliditatem, frigiditatem, siccitatem, & (ut paucis dicam) qualitates primas, & item secundas, aliaq́; rebus sublunaribus desuper facilê instillare, atque afflare, tametsi illas nec habeant, nec in se

Stellas diuino priuilegio in mouendis qualitatibus dotatas esse.

agnoſcant. Sed quibus dominentur, ac pro arbitrio præſcribant. Vnde ſtellæ ipſæ tales eſſe prorſum tibi debent, quales ſunt qualitates, quas in rebus inferioris naturæ, uel fouent, uel excitant.

Solem ſtellarum corpora non calefacere.

Sol itaque in ſuo orbe (ut id denuo repetam) tibi poſthac neque calidus eſſe, neque ſtellarum corpora calefaciendo, ſua propinquitate, aut perfrigerando, ſua elongatione, ullo modo afficere exiſtimabitur: affectaq́;, in aliam, atque aliam qualitatem tranſmutare. Quòd ſicubi aliter à nobis uel dictum, uel ſcriptum fuiſſe leges, uti etiã de ſtellarum coloribus, id doctrinæ, & demonſtrationis gratia, modo quodam uſitato factum fuiſſe tibi perſuadebis. Ergo ſicuti in cœlo nulla fit generatio, nec itẽ corruptio, nec qualitatis unius in aliam permutatio, ita in illo nullum corpus propriè calidum, frigidum, humidum, aut ſiccum eſſe putabitur. Sed, hîc ſciolus quiſpiã, ſic fortaſſe inſurget. Quis prẹter unũ IESVM CHRISTVM unquam de cœlis deſcendit, & rurſum in illos aſcendit, ut iſta exploraret? ô quantum eſt in rebus inane? Quis, amabo te, neſcit experientiam ceſſare, ubi certa ratio fidem facit? Quis, uel mediocriter in rebus mundi & naturæ uerſatus, non intelligit calorem à ſolis uibratione & motu excitatum, ubiq; de radiorum eius reflexione concipi? ipſamq; reflexionem, uel in aĕre, uel per aĕrem fieri, ac diffundi? Iam cùm in cœlo nullus ſit aĕr, nihil prorſus aĕreũ, nihil corruptibile, & ex alia qualitate in aliam (ut id iterum, atque iterum inclamem) conuertibile, quomodo, illic de radiorum ſolis reflexione ulla fiet calefactio? Eia, hoc ſi uerisſimum eſt, ut re uera eſſe cõſtat, quid hîc nobis experientia opus eſt? aut quorſum in manifeſtis, probatis, & confeſsis palàm hæremus? nihil omnino

Inepta planè & ridicula obiectio.

Vnde aut quomodo Sol calorem imprimat.

omnino credentes, nisi quod aut uidemus, aut contrectamus? Hoc fortasse mihi concedens, ad alia trãsfugies: nimirum martię stellę corpus, igneum ac feruidum idcirco censeri, quia rutilum apparet, & Saturni frigidum, quia liuidum: Solis calidum, quia fuluum, & aureum: Lunæ humidum, quia caliginosum: Veneris uaporosum, quia albidum: Iouis temperatum, quia (ut sic dicam) argentaureum: & Mercurij uariæ naturæ, quia uersicolor. Ego certè, ut paucis respondeam, audiendos nunquam putaui, qui & planetarum, & reliquarum cœli stellarũ qualitates à colore ex alto uenandas esse dixerunt. Vel ob id, quòd inter philosophos & medicos admodùm cõueniat, colores infidos esse primarum qualitatum testes: etiã si tam sibi similes fuerint, quàm est (quod dicunt) ouum ouo, aut lac lacti. Id quod apertè indicabũt, Leucoij, & nymphææ, siue nenupharis flores. Quorum illi calidissimi sunt, hi uerò frigidissimi: licet in lutheo colore ambo uersentur. In qua differentia, calx & cerussa constituuntur: ex quibus illa calida esse censetur, hæc frigida: color utrobiq; candidus, & penè idem. Sic flores uiolæ nigræ, & ireos, cœrulei quadamtenus sunt: hîc tamen cum tota sua planta calet, ille friget. Addam anemones & papaueris florem: qui tametsi sub eodem colore militant: qualitate nihilo minus inter se uariè differunt. Quæ demonstrationes, si tibi sordent, hinc ansam arripiã, ut tibi fortasse negem, sideribus colores ullos propriè & peculiariter inesse (qui à uaria primarum qualitatum mixtione, quæ in cœlis nulla est oboriri solent) statuamq; illis potius fulgores, ac splendores, quàm aliud quiduis. Qui per aërem diffusi, quia nõ uno modo nostros oculos afficiunt, ita nec similes

Planetarum, ut rerũ aliarum qualitates ex colore pessimè iudicari.

Demonstrationes elegantissimę.

Stellis fulgores potius, quàm colores inesse.

utique in omnibus & planetis,& ſtellis apparent: cùm ob naturam corporis ex quo ſplendor ipſe exilit, tum etiam ob aërię regionis conſtitutionem, mutabilem, fugacem, ac planè uariam. Per quam ad nos radii ſtellarum modò recti, modò obliqui, & aliter iaculantur. Qui, quoniam à remotiſsimis, & æditiſsimis locis, per aërias nubeculas, & fumidum, caliginoſumq; tractum, in oculum defluunt, idcirco uarii, ut uariæ ſunt nubes, in qualitate, uel quantitate, nobis indicantur ac collucent. Ad quæ uiſus noſtri errorem, & hallucinationem etiam adiicies: qui hos, uel illos colores in cœleſtibus corporibus, imò uerò in aërijs nubibus (, quæ haud ita procul iacent), diuerſimodè mentiri ſolet, atque effingere. Exempla, ut quotidiana, ita minimè obſcura habes in Sole & Luna: quorum corpora, ſub alio colore ſpectari in tractu cœli orientali & occidentali, quàm in meridiano nullus non uidet, niſi fortaſſe oculis malè lippus inunctis. Adhæc, per uapidum aërem aliter apparere, quàm per rubicundulas nubes, per pallidum cœlum, lutheum, rufum, aut fuſcum, quàm per cœruleum, lympidum, ac ſerenum. In quarum rerum demonſtrationibus, cauſis, & ſignis, quia Phænomena noſtra, ſiue aëriæ Ephemerides, totæ ſunt, uerbum non amplius addo.

Vnde varietas colorum in stellis, & illarũ radijs.

DE PLANETARVM, & reliquarum ſtellarum corporibus, qualianam ſint, & quòd ſuis orbibus non infigantur: nec ab illis moueantur, vehanturúe. Adhæc, quòd rectè orbiculata ſint, & circuli in cœlo imaginarij omnes habeantur.

Caput

CAPVT III.



PHYSICORVM communis est sentẽtia, quòd planetarum, uti etiam reliquarũ cœli stellarũ corpora, ex cõcretiore suorũ orbiũ parte cõstãt. In qua multũ luminis coactũ est, ex quo illa magis lucet. Qui orbes, sicuti elemẽta nõ sunt, ita nec elemẽtare quidquã cõtinent sicuti de illorũ stellis dictũ est nõ calidũ, nõ frigidum, nõ siccũ, non humidum: sed alia quædã sunt, siue natura, siue, ut hodie loquuntur, essentia: quã quintã nũcupare, multis uisum fuit. Cùm itaq; stellas uel corpora dici, uel illis corpus ascribi, posthac audies, aut leges, perinde atq; de elementaribus corporibus illud ipsum intelligere cauebis. Quãquã dimẽsionẽ recipere, quæ suis circũscribatur terminis, nõ ĩficiamur: sed mutari, ut nostra corpora, & corrũpi, ut inferiora, in aliasq; naturas, ac qualitates trãsire, (qđ elementariũ corporũ est propriũ) planè reiicimus, ac negamus. Nã cœlũ, ut etiã stellæ eius oẽs, diuinitatis est particeps: & proĩde corporeę cõmotionis, elemẽtarisq; alternatiõis prorsum expers. Quæ cœli stellæ, tametsi moueãtur assiduè, id certè nõ habẽt, agũtúe ut ĩferiora corpora, ac elementa ex quibus, ut dictũ est, constamus. Eo enim motu (excludo uniuersalẽ) illas propriè moueri cẽsemus, quo solis corporibus cœlestibus suus est, & rebus ĩmortalibus peculiaris. Deĩceps itaq; existimabis, stellas, & maximè planetas, per suos orbes motu peculiari, & diuinitus insito progredi: nũc accedẽdo, nũc recedẽdo, tardãdo quãdoq;, quandoq; accelerando: aliàs descendẽdo, nõnũquam ascendendo, & aliter: sicuti quotannis intuentium oculis patet: pro cuiusque stellæ ui, à Deo omnium motore particulatim data & concessa: non uiolenter, ut multi scripserunt, sed naturaliter: nec

Orbes planetarum elemẽta nõ esse, nec quidpiã elementare continere.

Stellæ quomodo dicantur habere corpora.

Quo propriè motu stellæ moueantur.

Stellarũ & maximè planetarum motus.

coactè,ſed liberè: ita,ut ordinem, & numeros quos cœleſtiũ Choragus modulatur,ſua ſequantur ſponte,atque ab officio nunquam recedant:nulla externa ui,nec ullo adminiculo,nullâue forinſecus neceſsitate adducta. Quod certè, etſi miraculum non paruum habet,temperabitur nihilominus, ſi ſedulò animaduerteris,nullum animalium ſeſe mouentium, alieno & externo inſtrumento,ut moueatur,egere:ſed tantummodo proprio,ſibiq; à natura inſito:ex quo motus animali cuiq; ſuus emergit: & pro corporis cuiuſque forma,ac modulo naturalis habetur. Sic teſtudines, quadrupedando mouentur:ſerpentes, rependo:piſces,natando ac lubricando:aues, uolando:cancri, regradatim eundo:homines,ac iumenta,alternatim pedes protendendo,& ita de reliquis. Hinc uidemus aues nunc ſurſum,nunc contrà deorſum, quandoque ad dextram, nonnunquam ad ſiniſtram,uolatum exercere:& piſces natatum:non rarò etiam ſidere. Nam ſic à natura,ui propria inſtituuntur. Ambulant ea de cauſa auium quædam, ut cornices: ſaliunt aliquæ,ut paſſeres,& merulæ: currũt aliæ, ut perdices,& ruſticulæ:ante ſe pedes iaciunt nonnullæ,ut ciconiæ, & grues: aliquot in ſublime ſeſe attollunt, & recto uolatu (etiam ex aqua) cœlum petunt, ut anates, &c. Quorum motuum uias,unà cum ratione uſqueadeò diuerſas, ſi in corruptibilium animalium corporibus agnoſcis, in diuinis, & cœleſtibus, propius(opinor)agnoſces:atque illinc facilè colliges ſtellarũ corpora,& maximè planetarũ,ſuis orbibus, (ut ſunt claui in rota),nullo modo defixa eſſe: quémadmodũ multis etiã ſummis philoſophis, tradere uiſum eſt. Adhęc ab illis ipſis orbib⁹ motu particulari nequaquã rapi. Si eñ hoc eſſet,eãdẽ ſemp latitudinẽ

Motus animalium.

Elegãs analogia motus animaliũ, ad motum cœleſtium corporum.

Stellarũ corpora ſuis orbibus infixa nõ eſſe.

(ut de lõgitudine nihil dicã) retinerẽt: qđ falſiſsimũ eſſe multa docent: quæ ſanè ad alia feſtinans, libenter omitto. Non itaque, perinde atque cum rota claui, & cum naui, ea quæ eius tabulatis affixa ſunt, mouebuntur planetæ: ſed potius, ut nautæ: qui cum naui longius procedendo, iter ſuum conficiunt, & per eam à dextro latere in ſiniſtrum, & rurſum à ſiniſtro in dextrum, rectè, uel obliquè diſcurſantes, officium ſuum peragunt: quandoque ſtando, nonnunquam retrocedẽdo, & aliter. Sed uelim hîc mihi dicant, qui arbitrantur planetas in ſuis circulis defigi, in hisq́; (ceu homines in curru) uehi, à quibuſnam circuli illi moueantur? Num à propria ui, & inſita natura? maximè, inquient. Hoc ſi eſt, cur non ſtellarum quoq; corpora, ſua etiam ui, & natura mouebuntur? Præterea, ſi planetarum corpora, quę (ut diximus) ex cõcretiore ſui orbis parte conſtant, omnibus in conſpectum palàm prodeunt, cur itidem circuli ipſi, quos ex ſuorum orbium concretione conſtare par eſt, in eundem conſpectum non emergunt? Hoc cùm minus fiat, credibile eſt & circulos, & orbes, re ipſa in cœlis nullos eſſe: quos docendi, demonſtrandiq́; gratia, unà cum uariis linearum ſectionibus, & earũdem multipliciter figurata deſcriptione, ſolertes uiri, uel ob id commenti mihi uidẽtur: quòd uix alia ratione cœleſtis diſciplina, ac cœleſtium progreſsionum cognitio tradi poterat. In quo ſanè diuinã induſtriam, & mirabilem inuẽtionem ſumma laude proſequendam ſemper exiſtimaui. Nam, quid per deos immortales in diſciplinis utilius? quid ad docendum accommodatius, quàm ut intellectui præſidiũ, ac uires ſenſus ipſi ſubminiſtrent? & quod intellectus contemplando aſſequitur, idipſum quoque oculis uidendũ,

Apta nautarum ad planetas cõparatio.

Obiectio ingenioſa de circulis planetarum.

Laudantur inuentores theoricæ planetarum, & mathematicorum inſtrumentorum.

ac manibus contrectandum exponatur? quemadmodum in horologijs, & mathematicis organis, instrumẽtis, & machinulis quàmplurimis, diuina arte, potiùs quâm humana excogitatis, intueri licet, attrectare, ac contemplari.

Ouid. Lib. 1. Fast.

Fœlices homines quibus hæc cognoscere primùm:
Inq; domos superas scandere cura fuit.
Credibile est illos pariter vitijsq;, iocisq;,
Altius humanis exeruisse caput.
Non Venus, & vinum sublimia pectora fregit:
Officiumq; fori, militiæue labor.
Non leuis ambitio, perfusaq; gloria fuco:
Magnarumq; fames sollicitauit opum.
Admonêre oculis distantia sydera nostris:
Aetheraq; ingenio supposuere suo.

Circuli in cœlo omnes imaginarij & ficti.

Rectè itaque, & apposité cõmenti sunt, epicyclos, eccentricos, augium lineas deferentes, & circulos alios innumeros, de planetarum theorijs excipiẽdos. Qui omnes, (quia cœli moles continua tota est) imaginarij prorsum habendi sunt: sed tamen artificiosè ad motus demonstrandos, & eliciendos, ut dictum est, excogitati. Quomodo in Hydrographia uentorum lineę pro nauigatione: in Geographia, climatum, & parallelorum distinctiones, pro locorum situ, & horarum uarietate: in Cosmographia, Zonarum positiones, pro explorandis regionum temperaturis, & ita deinceps. Habebis itaque, ut rem istam aliquando tibi confirmem, imaginarios omnis generis in cœlo circulos uniuersos, cùm ob multa, tum quòd quæ illic oculis non cernuntur corpora, ea nusquam esse coniectandum est. Nam, uel lucida essent, uel opaca. Si primum, per se uiderentur: si postremum, saltem luce præsente clarescerent: ut in Luna apparet: cuius corpus,

Cur in cœlo circuli multi.

corpus,ex se alioquin obscurũ, & sua natura opacũ, de Solis maiestate illustrari, uideriq́; , nemo , etiam ἀφιλόσοφος,negauerit.Quod unũ,si in cœlestibus circulis,à sole minùs fieri posse cõtendis,fortasse ab ea stella quam tu epicyclo insidere,figiq́; prædicas , uel ab utroque simul,fieri posse annues? Atqui,nec hoc, nec illo modo,ulli unquam circuli in cœlis,ne Lynceo quidẽ , (uel,si quid eo oculatius fabulatũ est)hactenus apparuerunt.Itaque,ibi uel nulli erunt,uel,si sunt,ociosi,(contra naturæ scopum)omnes esse censebuntur.& proinde planetas neque uehere,neq; agitare,quib⁹ colligere perfacile erit,illos à suis orbibus nullo pacto agi ferriq́;:quin potiùs,à seipsis, & uidiuinitus cuiq; insita moueri:cùm multò sint perfectiores,quàm nostra corpora.Vnde alienis,ascititijsq́; instrumentis nõn indigent:aptã, concinnamq́; suis motionibus figuram, tã ex toto , quàm in parte adepti. Quæ,quorsum(obsecro te)orbiculata,uti uidemus, fuisset,nisi à se orbiculatim planetę mouerẽtur?nihil sanè ineptè,nihil frustra,nihil absurdè , natura unquã instituit:quin ueriùs omnibus optimè (quoad eius fieri potuit cõsultũ ac prospectũ uoluit: unicuique rei mũdi,quod ex eius usu esset,libenter impertiens. Vnde si orbibus suis planetas infigi uoluisset, credibile est,ꝗ illos exactè omni ex parte,uti sunt,orbiculatos nũquã ædidisset:sed uel acuisset,uel in proprijs orbibus(ut sunt in cęlatis tẽplorũ testudinibus lãpades,& in cubiculorũ laquearibus,orichalcea candelabra)appẽdisset,uel cõplanasset, perpolitisq́; cœlorũ cõmissuris glutinasset:qđ secus esse,uel de aspectu oĩb⁹ cõstat. Ex quo, & aliis paulò antè scriptis,facilè,opinor,mihi cõcedes:ꝙ neq; cœlo,neq; suis orbibus ĩfixa sunt planetarũ corpora,quæ quotãnis,imò

Quonam pacto ferãtur, ac moueantur planetæ.

Cur planetis & stellis orbiculata figura.

Stellarũ corpora cœlis nõ infixa esse.

uerò quotidie per Zodiaci longitudinem, & latitudinem pro insita cuiq; ui libere ire, atq; uagari, nisi es talpa, aut fungus saltem in Luna) perspicuè uides, Sed de his impræsentiarum satis, uel fortasse plura quàm opus fuit. Nunc demum restat, ut propositum curriculum seriò ingrediamur, hoc est, planetarum (qui præcipua sunt mundi ornamenta) cum humanis corporibus concentum, medicè ęquè ac astronomicè explicemus: à Sole stellarum omnium principe auspicantes. A quo reliqui planetę omnes, nisi breuibus sic satis deambulationibus (ceu satellites à suo Rege & magistratu) abesse nequeunt. Qui si fortasse longius processerunt, retrò confestim recurrunt. Nec temere mea quidem sententia.

Parasceue ad sequentia.

Nam medios cœli tractus, mediam ætheris oram,
Fons lucis Sol auricomus, Sol igneus, ambit.
Sol qui terrarum flammis opera omnia lustrat.
Sol qui cœlicolûm est princeps, ductorq; choreæ:
Ad cuius numeros totus componitur orbis:
Atque capit leges, præscriptaq; fœdera seruat.

Sed encomio Solis dimisso, quod equidem ut etiam reliquarum stellarũ, poëticum nostrum opusculum de mundi sphæra, & rebus cœlestibus propediem latius decantabit, promissa explere satagamus.

ASTRONOMICA æquè, atque medica, & philosophica de Sole narratio.

CAPVT IIII.



SOLEM uariis appellationibus (ut hinc ordiar) & iisdem sanèquam appositis, priscos rerum cœli & naturæ interpretes meritò insigniuisse semper existimaui. In quibus, ut poëticas omittam, celebres

lebres habentur, Phœbus & Apollo. Illa, quòd φῶς τοῦ βίου, hoc eſt, lumẽ uitę omnibus infundat. Hęc, Euſebio teſte, quòd ἀπαλλάττειν τοὺς νόσους, id eſt morbos deleat. Vnde primam medicinæ originem, ritê ſibi inauthorare, ſeq; opiferum, apud Naſonem, iure uocare, mihi uidetur.

Cur Sol dicatur phœbus & Apollo.

Inuentum (inquit) Medicina meũ eſt: opiferq; per orbem Dicor.

Nam ſalutaribus ſuis radijs, adhæc uitali motu, & tepore planè diuino, quęcunque de uaſtiſsimo telluris utero prodeunt: & materiam curandis, abigendisq; morbis idoneam ſufficiunt, deſuper uegetat, fouet, ac facultatibus partim cognitis, partim abſtruſis, aſpirante reliquo ſtellarũ choro, efficaciter illuſtrat. Ex quo fit, ut apud eũdẽ Poëtam de ſe etiã meritò dicat,

Cur Sol, ſiue Apollo medicinæ inuẽtor.

herbarum ſubiecta potentia nobis.

Ille enim unus eſt, qui & luce, & uiribus, & calore, adhæc magnitudine, energeia, ac ſpiritu, uniuerſa tam in ſuperiori, quàm inferiori mundo excellit: leniter calefaciens, & fouens: cum effectione ſenſibus manifeſtiore, quàm reliquorum planetarũ. In quam rem fidiſsimum accerſam teſtem Claud. Ptolem. ſua ſic lingua nobiſcũ loquentẽ, ὁ ἥλιος κατείληπται τὸ ποιητικὸν ἔχων τῆς οὐσίας ἐν τῷ θερμαίνειν καὶ ἠρέμα ξηραίνειν· ταῦτα δὲ μάλιστα τῶν ἄλλων ἡμῖν εὐαισθητότερα γίνεται διά τε τὸ μέγεθος αὐτοῦ, καὶ τὸ τῶν κατὰ τὰς ὥρας μεταβολῶν ἐναργές. Quod eſt: conſtat Solem uim habere calefaciendi, & leniter deſiccãdi: quæ effectiones facilius ſenſibus percipiuntur, quàm aliarum ſtellarum: propter eius magnitudinẽ, & euidentes mutationes in anni uicibus ac temporibus. Hæc ille. Quæ dum argutiſsimus inter Peripateticos Auerrhoës, præclarè, ut multa, intelligeret, cum antiqua philoſophia, uitæ & generationis ſeminaria, pe-

Ouid. Lib. 1. Meta.

Claud. Ptolem. libro 1. ἀποτελεσμάτων.

Sol, quomodo vitæ & generationis author.

nes Solem cōstantiſsimè deponere nihil eſt ueritus, ut, qui moderatum calorem, primigenium rerū humidum, modificantem, foueat, & excitandum, uegetandumq́; ſuſcipiat: ſicuti ſucciſiua rerum mundi generatio quotannis indicat. Quotuſquiſque enim eſt, qui naturæ ſeriem contemplans, non uidet de Solis acceſſu & receſſu, uitæ, ac interitus ſigna in omnibus infundi? quid inquā ſigna? imò uerò uitā ipſam, & interitum præſentiſsimè immitti? Quis non obſeruat quotannis exporrectiſsimum telluris gremium, ſolares radios (in quibus tepor ille æthereus, & aura planè cœleſtis omnia exhilarans deliteſcit) tanquam ſemen aliquod uitale, & prolificum, non dicam excipere, ſed uteri muliebris modò, ad rerum generationem, quaſi emulgere, ac pertinaciſsimè retinere. Quod in animalium, nedum uegetabilium generatione, & per certos gradus incremento, cum Peripateticis locum etiam habere tibi perſuadebis. Nam Sol & homo, ut ſcribit Ariſtoteles, hominem generant, Sol & planta, plantam. Qui homo, (nam de illius corporis ſympathia, & ὁμοιωίας cum cœlis hîc maximè agere inſtitui) quia quandiu ſpirat, uiuere dicitur, ideo ſpiritus (quos pro innato calore incomparabilis ille Galenus quandoque agnoſcit) corpus mouentes, ſenſus excitantes, & cogitationes, mentemq́; fouentes, Soli qui uniuerſa mouet, agitq́;, & uiuētium omnium, poſt Deum, eſt cauſa, iure optimo ueneranda aſcripſit antiquitas. Qui ſpiritus, Homero omnis philoſophiæ fonti uberrimo, tales quotidie nobis ineſſe traduntur, quales Sol, planetarum princeps ac dominus, afflat, mouet, irradiat, & p̱ mediū aērē apparat, excoquit, ac elaborat. Quē unū (aērē dico) q̱a Hippocrati & Galeno,

Terram ſolis radios meretricari.

Ariſtoteles lib. i. de phyſica auſcult.

Soli ſpiritus aſcribuntur, quorū eſt fautor & excitator.

qualis

qualis qualis eſt, uelim⁹ nolim⁹, cõtinẽter, ac neceſſariò inſpirare cogimur: & pulmonũ adminiculo, per os, & aſperã arteriã, attrahere: & hinc rurſum in ſiniſtrũ cordis uẽtriculũ, ſpirituũ corpus uegetãtium, & animalẽ uim, ut alibi docuimus, inſtaurãtiũ, & fouẽtium pleniſsimũ, emittere: Adhæc in cerebrũ, per nares, & ĩ corpus uniuerſum, quod totũ eſt cõſpirabile & cõfluxile, per arteriarũ anaſtomoſes, & poros excipere: mirũ uideri nõ debet, ſi pro aẽris motu & tẽperatura, de Sole & uniuerſa cœli facie pẽdente, uno die, quàm alio hebetiores nobis ſpũs, aut acutiores ineſſe deprehẽdãtur. Præſertim animales, & q ab his manãt ſenſus, rationi perinde ſeruiẽtes, atq; ſanguini ſpiritus ipſi. Vnde, illi tales nobis adeſſe ſolẽt, quales ſunt ſpiritus, & ſpiritus tales, qualis eſt ſanguis humores reliquos cõplexus. Quos humores, ab aẽre, & his quæ ĩtra corpus inijciũtur, ſic uel ſic tẽperari, ac modificari, docet medicus, aſſentiẽ philoſophus. Ex quo, rectè dixiſſe mihi ſemper ſunt uiſi Hippocrates, & illius σύγχρον⊛ Democritus, cũ pleriſq; oĩbus medicis & philoſophis, permultũ referre, ſub quali celo & ſolo corpora locentur ac uiuant. Quod in plantis, nedum in ſolis hoĩbus etiã locũ habere exiſtimabis. *Aẽris neceſſitas & ſumma in noſtrũ corpus ἐνέργεια.* *Spiritus noſtros aẽri ſubſeruire.*

Hîc ſegetes (inquit Poeta) illic ueniunt fœlicius uuæ:
Arborei fœtus alibi: atque iniuſſa uireſcunt
Gramina. Et rurſum. *Virgilius in Georgicis.*
Nec uerò terræ ferre omnes omnia poſſunt:
Fluminibus ſalices, craſsiſq; paludibus Alni
Naſcuntur: ſteriles ſaxoſis montibus Orni.
Littora Myrtetis lætiſsima denique apertis.
Bacchus amat colles, aquilonem, & frigora Taxi.

In brutis præterea, & auium oĩ ferè genere, idipſum etiã tibi licebit, dum uoles explorare. Quibus natu-

rale hoc esse solet:ut per serenũ aërem & lympidissimum cœlum,exhilarentur,cantillent,&(ut sic dicã) rideant:per obscurum uerò & pluuium, tristentur & gemant:uel fidem faciente eodem Poëta.

Volucres vt etiam homines aëri subijci.

Verùm(inquit) vbi tempestas,& cœli mobilis humor
Mutauere vias:& Iupiter humidus,austris
Densat erant quæ rara modò,& quæ densa relaxat:
Vertuntur species animorum,& corpora motus
Nunc alios,alios dum nubila ventus agebat,
Concipiunt. Hinc ille auium concentus in agris,
Et lætæ pecudes,& ouantes gutture Corui.

lib. Georg. ij.

Sed de his copiosius leges ĩ nostris Phęnomenis,aut (si mauis) Ephemeridibus aërijs. Erit itaq; Sol, ut eò redeam unde abij,spirituum,corpus & animum per aërem modificantiũ,& impellẽtium, fautor ac illustrator. Qui,quandiu suã symmetriã,seruabunt,mẽtem sanã in corpore sano,tantisper tuebũtur, donec cũ innato calore utrũq; deserere cogentur. Qui sanè calor cõmune hoc habet cum solaribus radijs (unde ignẽ cœlestẽ,& radiũ alicubi uocat Galenus)ut quaquauersum citò,nisi fortasse in refractaria materia, penetret:sensuumq; titillatiões uarias,& motiones cũ corporis,tum animi multiplices, excitet. Quod, uel rusticæ mulierculæ ad colũ & pensa natæ, cognouerũt stupidos, hebetes,& obtusos,nõ sine graui nota, eos ĩclamãtes,qbus calidũ hoc paucũ ad est:& proin de paucos ẽ sanguine spiritus educit:quos Hippocrates,Galeno teste, ὁρμοῦντας, hoc est impetum facientes, scita appellatiõe omniũ primus nuncupauit. Cęterũ qa in humanis corporibus sedẽ aliquã esse oportuit, in qua calor ille uerè diuinus,tanquam in prætorio, ius suũ exerceret,& in reliquum corpus aurigante spiritu,radios suos uitales effunderet, familiãq; uniuersam

Calor innatos,quid commune habeat cũ solaribus radijs.

uersam foueret, & fotam moueret: prisci rerum corporis nomenclatores, illam ipsam sedē cor dixerunt: Soli, ut alibi monuimus, destinatum, eiq; sanèquam simile, (in quo triste iacet hoc uiuere nostrum, partim cauum, & sinuosum, ut sanguinem caloris hospitem, dextro suo sinu contineat, & artificiosa naturæ œconomia, per uenā arteriosam, quasi per canalem & tubulum à prædiuite fonte, & uerè aureo manantem, pulmones nutriat, ac refocillet, partim etiā spissum, & pariete crassiore, sinistro sinu obuallatum: ne dictus calor, unà cum spiritu (cuius est comes) diffletur & exhalet: præpediatq;, ne hac & illac, ob partiū tenuitatem, adminiculante ualuarum multitudine, totus sensim effluat: & corpus moribūdum, frigidū ac inutile relinquat: non secus atque Sol terram: dum ab ea uiuificos suos radios longius euocat: agit, & subducit. Sed hîc me dies poti⁹ deficiat, quàm uerba. Itaque à Sole ad Lunam, aut (si placet) à fratre ad sororem, uiam præmōstrante mihi natura opportunè trāseo. In qua parcius calamum exercebo, cùm ob alia, tum quòd de uarijs eius effectis in hæc inferiora sensui manifestissimis, fusissimè in nostra Lunę & oceani cōcordia, tibi sum propediē scripturus. Verùmenimuerò, priusquàm hinc abeam, monuisse non pigebit, quòd Sol & Luna in humanis corporibus peculiare quicquam propriè non agnoscunt. Nam uniuersales rectores rerum omnium mundi, nedum corporis, secundum Deum, antiquis, & maximè Trimegisto habentur. Vnde particularia quęque dedignantur. In reliquis planetis, secus accidere audies. His positis, institutum nostrum, aspirante Mercurio, hunc in modum & sequor, & perficio.

Cor humanū Soli destinatum sedes est & fundamētum caloris natiui.

Cordis pulchra anatome.

Sol & Luna, uniuersales sunt rerum mundi & corporis recto-res.

DE LVNA medica simul & astronomica narratio.

CAPVT V.



LVNA à primis Græcorum nomenclaturis σελήνη dicta est, quòd τὸ σέλας, hoc est lumen, ἄνω desuper, habeat: uel, quòd παρὰ τὸ σέλας ἀεὶ νέον ἔχειν, quia lumen semper nouum habet. Sed omissa nominis ratiõe, medicè & astronomicè de Luna philosophemur. Posteaquàm perfectum hominem uitalis aura suscepit, seq; diuinæ mẽtis spiritus, corpori infudit, certum est (ut scripsit Firmicus) quòd cõpositi natura, pro qualitate cursus Lunę moderatur, eiusq; motum ac uires agnoscit. In quã rem uerba Claud. Ptolemæi Firmico subscribentis, tibi profero ἡ σελήνη (inquit) δηλοῖ τὰ τοῦ σώματος, ὡς ὁμοιοῦνται αὐτῇ κατὰ τὴν κίνησιν: qđ est. Luna significat ea quæ corporis sunt: ut quæ ei pro motu similia censeantur: profero & Claud. Galeni, Ptolemæo concinentis sententiam alteram, ex tertio dierum decretoriorum libro, ne quis commẽtum putet. Porrò illud (inquit) denuo repetendum, quod nos obseruantes uerissimum esse comperimus ab Aegyptiis astronomis inuentum, Lunam non modò ægris, sed etiam sanis, dies quales tandem futuri sunt posse præmonstrare. Omitto reliqua tibi in sequentibus fusissimè describenda. Est itaque Lunæ progressio sagaci inquisitione cum aliis, tum medicis non indigna: cuius statum nisi ad unguem tenuerint, propriæ cæcitatis duces, & stolidæ mentis pręcones, in errores quàmplurimos prolabentur, ut author est Maternus. Quod uiderint scioli aliquot, rerum

Humanũ corpus motui Lunæ subiici.

Aphor. lxi.

Galeni sententia medicis summè aduertenda.

rum cœli uniuersarum, nedum solius Lunæ derisores, & contemptores: de quibus per occasioné alibi. Constat sanè quòd Luna in rerum generatione, ob humidum cui præest, materiæ subministratrix habetur: perinde atque Sol, ob calidum, formæ quorum alterum sine altero, indiuiduo, & fraterno societatis uinculo, quàm ægrè stare posit, uel philosophiæ tyrunculo tam notum esse arbitror, quàm est cocis suum (quod dicunt) piper. Adducam tamé Ptolemęi testimonium. ἡ Σελήνη (inquit,) τὸ μὲν πλέον ἔχει τῆς δυνάμεως ἐν τῷ ὑγραίνειν, διὰ τὴν περιγειότητα δηλονότι, καὶ τὴν τῶν ὑγρῶν ἀναθυμίασιν καὶ διατίθησιν, οὕτως ἀντικρυς τὰ σώματα πεπαίνουσα τὰ πλεῖστα, κεκοινώνηκε δὲ ἠρέμα καὶ τοῦ θερμαίνειν διὰ τοὺς ἀπὸ τοῦ ἡλίου φωτισμούς. Quod sonat. Luna quidem humectando antecellit, quia terræ proxima est, & humidis uaporibus uicina: manifestè igitur hoc modo corpora afficit, mollia reddit, & plerunq; putrefacit: aliquantum uerò & calefacit propterea quòd à Sole lumen accipit. Quam rem dum primi rerum cœli obseruatores animaduertissent, proxima & coniuncta in Zodiaco domicilia, utrisque appositissimè statuisse mihi semper sunt uisi: Soli in Leone masculino signo, diurno, calido & sicco. Lunæ uerò in Cancro, fœminino, nocturno, frigido, & humido, cuiusmodi Luna esse perhibetur. Vnde illa matris uices, ob humidi prouentum, & Sol patris, ob calidi largam manum, in rerum generatione, non ineptè sustinere traditur. Quibus addes, quòd queadmodũ natura negatũ est animal nasci, nisi ex utriusq; gignétium (maris, inquam, ac fœminæ copula & cósortio (putrediné excludo) ita ubi Solis & Lunę cógressus ac pręsentia desiderãtur, in íferiori hac rerũ materia produci cómodè potest nihil. Quod egregiè intelle-

Luna materiæ est subministratrix, et Sol formæ.

Lib. i. Apotel.

Solis & Lunæ proxima in cœlo domicilia.

xiſſe mihi uidetur Orpheus in ſuis hymnis: utrũque uiuificos & prolificos mundi oculos nũcupans: & ueréter maximus Hermes, duo rerum naturæ organa præſtantiſsima, Moſi κατ' ἔμφασιν Luminaria dicta, itidem inſcribens. A quibus non longè receſsit Plato: Solem & Lunam magnos mundi deos alicubi nominans, & legislatori Moſi acquieſcens Ptolemæus, τὰ φῶτα, hoc eſt lumina, & hãc & illum perappoſitè dicens ac uocitans. Ergo, ut è diuerticulo in uiam redeam: ſicuti ſe habent in generatione materia & forma, adhæc genus, quod è mare conſtat & fœmina, inſuper tempus, quod die & nocte metitur, ſic ſe habere ſolent Sol & Luna, generationis rerũ omnium poſt deum authores, & penè dixerim, parentes. Nam Luna materiam aptat & pręſtruit, Sol formam inducit. Hic, quia mas, diurnum tempus moderatur: illá, quia fœmina, nocturnum. Rurſum, hæc corpori alimoniam præſtat, ille, animalitatem, ut ita dicam, ſeruat ac tuetur. Nihil ille negligit eorum quæ ſpiritui & ſenſibus, quæqúe animato corpori conferunt, hæc, nihil eorum quæ ipſi corpori, & eius materiali compagini debentur. Quæ, & alia multa, cùm erudita antiquitas animaduertiſſet, Lunã Solis ſociam, uicariam, & ſororem, (unde ut ille Phœbus, ita hæc Phœbe dicitur) necnon uitæ rerum omnium cum illo cuſtodem rectè admodùm ſtatuiſſe mihi ſemper eſt uiſa. Nec temere meo iudicio. Nam ex eodẽ partu eodémque utero, ut egregiè ſunt philoſophati poëtæ, utrunque in Delo edidit Latona, mater, & parens. Vnde, fraternis ligari legibus, pariaq; habere multa, & furtiuam copulationem olim admiſiſſe, ut hodie ſingulis mẽſibus manifeſtam, non eſt quòd legendo, imò uerò uidendo, poſthac mireris: nec admodùm

Solis & Lunæ præſtantia, ac dignitas.

Sol & Luna generationis rerum authores & fomites.

Luna Solis ſocia, uicaria, & ſoror.

modùm mouearis, si Lunam morborũ testem, ac indicẽ esse audis: adhæc eorũ ferè omniũ quæ incidũt, in his, aut alibi, sociam, & causam cum Sole, penè dixerim magistram. In quam rem duorum in rebus cœli & naturę exercitatissimorũ uirorũ, testimonia, ne quicquam à me hîc commẽtum putes, in medium tibi proferã: Galeni primùm, deinde Ptolemęi. Quæ incidunt (inquit Galenus) omnibus his quæ subsistunt, horum causam Luna habere obseruata est, maximeq; in tetragonis, & diametris stationib⁹ ea immutans. Nam si in Tauro existente illa, semen concipiatur, uel partus, uel alterius cuiusdam principium contigerit, magnas eius mutationes inuenias, cùm in Leone, Scorpio, & Aquario signiferum ambiuerit. deinde hęc subnectit. Porrò, illud denuo repetendũ, quod obseruantes uerissimum esse comperimus ab Aegyptiis astronomis inuentum, Lunam non modò ægris, sed etiam sanis dies quales tandem futuri sunt posse prænuntiare. Si enim cum planetis temperatis steterit, (quos etiam salutares Latini, ἀγαθοποιοὺς Græci nominãt) illos faustos, ac bonos producet, si cùm intemperatis erit (quos Latini maleficos, Græci κακοποιοὺς dicũt) graues ac molestos experietur. Fingamus (inquit) homine quodam nascente, salutares planetas in Ariete, malignos uerò in Tauro esse. Is homo, cùm Luna in Ariete, Cancro, Libra, & Capricorno fuerit, pulchrè deget. Cùm uerò Taurum ipsum, uel eius tetragonum aliquod, uel diametrum signũ occupabit, malè, & molestè uitam trãsiget. Atque morborũ initia huic cum Luna in Tauro, Leone, Scorpio, & Aquario fuerit, pessima erunt: sine periculo autem, & salutaria, cùm Arietem, Cancrum, Librã, & Capricornum permearit. Hactenus Galenus. Se-

Luna morborum testis est ac index.

Lib. iij. de diebus decre.

Galenus rerum cœlestiũ peritissimus.

D

quitur Ptolemæi teſtimonium, quo in rebus cœli (quod ſciam) nullus φυσικότερος, Si quis rectè conſiderauerit (inquit) facilè intelliget non modò conſtitutiones rerum affici, à Solis, Lunæ, & ſtellarum motibus neceſſe eſſe, ſed etiam ſeminum initia, & perfectiones fingi ac informari. addit paulò poſt. Quicquid in uniuerſum accidit, hoc non contemplatione naturę, ſed ſola obſeruatione de euidentibus Solis & Lunæ, necnon reliquarum ſtellarum configurationibus manare ſolet. Hæc ſummi illi uiri: qui quãtum Lunæ tribuant: niſi ad illorum ſententias, ceu ad ἐπῳδὸν uocem obſurdeſcis, uel me tacẽte, audire facilè potes. Quæ ſi paruam adhuc fidem tibi faciũt, unum atque alterum eiuſdem Galeni teſtimonium tibi rurſum depromam. Luna (inquit) ut princeps non mediocris inter Solem & nos medius conſtitutus, terreſtrem regionem meritò gubernare cẽſetur, nõ potentia modò cæteros planetas, ſed uicinitate etiam ſuperans: creſcente ea, augmenta in corporibus ſentimus, decreſcente uerò, damna & detrimenta. Hanc Galeni ſentẽtiam Iulius Firmicus, cęleſtiũ interpretum, apud Latinos primus & princeps, tibi hunc in modum obfirmabit. Scire (inquit) debemus, quid humani corporis Luna ſuſceperit: & quid illius poteſtati deputatum ſit. Nam & creſcentis in ea luminis augmenta: & deficientis, dãna ſentimus. Medullæ humani corporis cum illa creſcunt; cum uerò luminibus cœperit inanis deſtitui, tenuati corporis fatigatione langueſcunt: ſed & humanum corpus deficiente ea, deficit: & creſcente, ſolennibus complementis emundatur. Fitq; ut omnis ſubſtantia terreni corporis, iſtius numinis prouidentia gubernetur. Hæc ille, ubique ſanè magnus: quo dimiſſo, Claud. Galenũ,

Lib. 1. Apotel.

Lib. eodem.

Lib. ſuæ mathe ſeos. 4.

Teſtimoniorum multitudo ad faciẽdã fidem eſt efficax.

& itẽ eius cõtẽporaneũ Ptolemæum repeto, ne tibi tota (quod dicunt) testimoniorum plaustra desint: ex quibus, ceu de quodã copiæ cornu, leuiter accipere poteris quas uires, & quantam energeiã Luna in has inferiorum corporum substantias exerceat, & suo sibi iure meritò arroget. Luna (inquit Galenus) una est quæ menstruorum statum tempus in mulieribus cõseruat, comitialiũ circuitus custodit, prout radiorum Solis plus, minúsue sibi uendicarit: omnia siquidem quæ facere nata est, ubi falcis figuram repræsentat, languida fiũt, dum plena fuerit, cõualescũt. quapropter, & fruges interea adauget, maturatq; celerrimè, ferarum occisa corpora in tabẽ uisu suo resoluit, somno sopitis sub eius lumine, uel aliter diutiùs immoratis, pallorem & capitis dolorẽ conciliat: in summa humifico spiritu omnia replet. Galeno sic Ptolemæus subscribit. Luna inquit, ut proxima terris, manifestè in terrena influit: cum illa enim consentiunt & commutantur pleraque omnia, & animata, & inanimata, Germina, & animantes, aut omnino, aut aliqua ex parte, unà cum ea incrementa, & decrementa sentiunt. Vis iterum, imò uerò tertiò, & quartò, Galenum Ptolemæo concinentem, ceu ἐκ ἐπιμέτρου (quod Græci dicunt) audire? Cæterũ (inquit) quòd aliæ res uniuersæ à Luna quoque mutentur, omnibus non perinde constat, sed ijs dũtaxat, qui huiusmodi accuratè obseruarunt: Addit paulò post. Hoc axioma nõ Astronomis tãtùm, uel naturalibus philosophis, sed agricolis quoq;, & nautis, hominibusq; omnibus receptum est, Lunam terrestrẽ plagam, uelut principẽ quẽdam magni regis Solis immutare. In posterioribus enim & ultimis cœli regionibus, ut scribit Firmicus, collocata, & terræ imperiũ ex uicinitate sortita,

Lib. eod.

Vires Lunæ in hæc inferiora magnæ.

Lib. eod.

Lib. eodem.

Lunæ cursum sentiunt omnia.

omnia corpora quæ diuinæ mentis inſpiratione ani
mãtur, curſus ſui multiplici uarietate afficit, mouet,
ac cum Sole fœcundat. Nam & occulto ſpiraculo, &
aſsidua peruagatione, uiſione, ut ita dicã, ac reuiſio-
ne, cum Sole primùm, deinde cum reliquis ſtellis, uia
omnem ſenſum fugiente, humiditates corporum,
prout illas inuenerit fermentat, & cum prouentu in
hũc, uel illum ſtatum, exagitat. Quod omnium ma-
ximè, uel inuiti confitẽtur, qui fluxionibus ad arti-
culos tentari ſolẽt. Sed in Lunę uiribus uerſatum ſa-
tis, de quibus in noſtra Lunæ & Oceani harmonia
(ut dictum eſt) ampliorem commẽtationem, cum fu-
ſiſsima exemplorum demonſtratione aliquando es

Luna, quas partes in corpore ſibi vendicet.

habiturus. Itaque reliqua ad inſtitutũ noſtrũ perti-
nentia commodùm ſequor & expedio. Luna in hu-
mano corpore, partes peculiares, & propria organa
ſibi uendicat. In quibus uterum ac uuluam connu-
merant: eamq; humani diuerſorij cellulam, quæ ho-
die à Latinis medicis matrix, à Græcis uerò μήτρα, di-
ci conſueuit, in quibus & fœtus concipitur, & cõce-
ptio ipſa fouetur, donec imperãte Lucina, partus ma
terna clauſtra ruperit. Quod uel de Claudij Galeni

Galenus lib. iij. de dieb. decre.

uerbis tibi conſtabit: quem unum de medicis omni-
bus, honoris, & eruditionis nomine, tibi multoties
obijciam. Poſt ſeminis conceptionem (inquit) omnis
impregnatio, & poſt partum adauctio, magnas alte-
rationes in ſeptimanos Lunę per Zodiacũ circuitus
retinet. Mãmas præterea ſibi inauthorat luna: è qui-
bus, tanquam ex lympido fonticulo, lac infantulorũ
alimentum manat. Quæ, ut muliebria ſunt membra,
ita muliebri planetæ appoſitiſsimè deſtinata fuerũt.

Luna paruulus quidam Sol.

Porrò quia Luna ſoloris luminis (ut toties cecini-
mus) eſt uicaria, &, ut ſcripſit Ariſtoteles, paruulus
quidam

quidam Sol, idcirco in humano corpore, ſiniſtrum oculum, perinde atque Sol dextrum, de antiquo ſibi uendicat priuilegio. Vt enim dextra maſculina eſſe traduntur, ita ſiniſtra, fœminina. Volunt inſuper illam eandem cum Sole dominari ſtomacho, omnium quibus corpus alitur receptaculo nobiliſsimo: uel ob id unum, quòd coctio ſit à calido in humido. Adhæc cerebro, quod qui malè affectum habent, & Lunæ metamorphoſes de inconſtantia ex interuallis agnoſcunt, Lunatici uulgò nuncupari ſolent. Ex facultatibus humanum corpus diſpẽſantibus, Ptolemæus naturalẽ illi adſcribit. ἡ σελήνη (inquit) τῆς φυσικῆς δυνάμεως ἐστὶ πηγή. qđ eſt. Luna naturalis facultatis fons eſt. Eidẽ ex humoribus corporis, antiqui pituitam addixerunt: quæ creſcente Luna, creſcere plurimùm ſolet, decreſcente uerò minui, aut ſaltem minùs moleſta eſſe. Sed de Luna, quòd ad hunc locum attinet, paucula hæc de multis erunt ſatis. Itaque, ab imo planetarum ad ſummum & ſupremum me confero: nimirum à Luna ad Saturnum falciferum uetulũ tardigradumq; Deum.

Lunatici unde dicti.

Aphor. 86.

DE SATVRNO medica ſimul & aſtronomica narratio.

CAPVT VI.



SATVRNI ſtellam, Chaldæi, Arabes, Græci, & Latini rerum cœli interpretes periti ſsimi, cum Claudio Ptolemæo & Galeno, intemperatam, ac maleficam, ubique nuncupant, fortaſſe ob melancholicum humorem, moleſtum ſanè

Saturni ſtella quare malefica.

& grauem: cuius prouẽtum, ui occulta, in humanis corporibus uberrimum promouet: & hinc illa aggrauat, & saturat (unde Latinis Saturnus fortasse dictus) necnon senio ante tempus, ac uetustate conficit: ex quo κρόνος, etiam dici Græcis potuit. Illius, aridum simul & frigidum, modò sui iuris fuerit, in his inferioribus, nedum in solis hominum corporibus fouet abundè, & excitat. Cuius rei testimonium dabit Ptolemæus ὁ δὲ τοῦ κρόνου ἀστὴρ (inquit) πλέον ἔχει τῆς ποιότητος ἐν τῷ ψύχειν, καὶ ἠρέμα ξηραίνειν. quod est, Saturni stella maximè frigidifica est, sed & nonnihil arefacit. Quæ duo uitæ humanæ calido & humido temperatæ, quantùm incommodent: imò uerò quantùm ex diametro pugnent, nemo est qui nesciat. Est itaque ad corrumpendũ procliuis stellæ huius natura. Verùm in omnibus, & per omnia, ut etiã humor ipse melancholicus, suas uires æquè non exercet: nec tam obstinatè agit, quin suum aliqua ex parte cõmodum non habeat. Nam ut ex uenenis arte tẽperatis, citra noxã magna aliquãdo commoda proueniũt, ita de sideris huius (quanquam inauspicati) proba cum aliis stellis temperatione, mistura, & radiatione, non uulgaria manant emolumenta. Ex quo factum uideas, ut ad quam artem melancholici plæriq; animum appulerint, in ea præter cæteros, uel leuissimo labore, ualeant plurimum. In quam rem, post Platonem fidissimus accersetur testis Aristoteles: scribens melãcholicos fuisse omnes qui ingenio floruerunt, uel in philosophia, uel reipublicę administratione, uel cudẽdo carmine, aut artibus aliis excolẽdis. De quorũ classe cũ Socrate, Pericle, Demosthene, Archimede, Vlisse, Scipione, Aiace, Aenea, & aliis, Democritũ, Platonem, Galenum, Cæsarem, Virgilium, Herculem, & huius

Libr. i. Apotel.

Saturnus vbi q; malus non est, sed sua aliquando habet commoda.

huius plumæ innumeros tibi proferã: quos de lucubrationibus,& laborũ,ęrũnarũq; pertinaci tolerãtia, ingẽti cogitatione,& inuẽtionũ miro studio, ceu de tabella quadã, tales fuisse, historiarũ & uitarũ scriptores diligẽtissimi repręsentarunt. Verùm de his alibi. Tacẽdũ tñ nõ arbitror, quòd melãcholicus humor, cui, ut diximus, præsidet Saturnus, cogitatiõis firmitate, studiorum assiduitate,& pertinaci labore, ubiq; comites ferè secũ ducit uoluptatẽ ac delectationem: quæ tãta illi inest, ut ĩ unius eius rei adeptiõe quã semel animo cõceperũt melãcholici, summũ ac peculiare bonũ existimẽt collocatũ: præterq; illud, aliud nihil aut expetãt, aut sequãtur: etiã neglecta re familiari, neglectis ciuibus, neglecta uxore & liberis. Vnde paupertas, ceu de uoto, illis familiaris esse solet, ac domestica. Cæterum, hîc etiã ignorãdum nõ est, quòd Saturni defluuiũ cũ suo humore, ĩ oĩbus corporib⁹ suas uires ex æquo nõ erigit, perinde atq; uinũ: quod ob corporũ ἰδιωτροπίας,& naturarũ uarietates, à se inebriatos omnes uno modo non afficit, nec eodem motu agit. Nam quosdam ad garrulitatem, & hinc ad rixas, alios ad uomitum, nonnullos ad taciturnitatem, somnũ, uel risum, plærosq; ad strepitũ & gladios rapit. Sic Saturnus,& sub illo militans melancholicus succus, quosdã ad risum mouet, ut Democritũ: alios ad lachrymas, ut Heraclytũ: nõnullos ad loquacitatẽ, ut Thersitẽ: aliquot ad facundiã, ut Nestorẽ: ad silentium & patientiam, ut Socratem, & Vlissem: ad metum, ut Pisandrum: ad hylaritatem, ut Lucullum: tristitiã, ut Crassum: cogitationẽ, ut Archimedẽ: in summa, alios ad alia, pro sua qualitate & quãtitate cõponit ac excitat. Quæ oĩa fuligini, fumis ac uaporibus de saturnino sanguine, hoc est melãcholico, ꝑ uaria

Lucubratiões sunt veluti tabella vitæ & studiorum.

Philosophi cur plurimum pauperes.

Pulchra vini, cum melãcholia comparatio.

maioris & minoris sua latitudine(quòd ad limum & crassitiẽ attinet)ascribere si uidebitur,per me liberũ tibi erit. Qui fumi, quia arcem animi recta petunt, spiritumq; animalem illi remisti obturbant:atq; cerebrum,(in quo sensuum,& principũ animę actionum officina latet)longè lateq; occupant,ac obsident:ideo uarias imaginationes,apprehensiones, cogitationes, ratiocinationes,studia,ac phantasmata cient,fouent, & mentiuntur:pro uaria,ut dictũ est, natura in qualitate & quantitate dicti sanguinis melancholici,hos uel illos spiritus,& fumos sursum exhalantis non secus atque ex ignita & incensa materia fieri solet. Ex abiete enim, uel picea, fumos crassiores & turbulentiores,peiusq; olentes attolli constat, quàm ex aluo, aut carpino.Sic ex querno stipite, quàm populeo,ex lapideo carbone, quàm ligneo: ex sulphure, quàm thure: fæce uini usta, quàm calce, & ita deinceps. Quarum rerum imaginem in melancholico succo, & ex eo fermentato sanguine,utcunque potes agnoscere:simulq; fateri, Saturnum cum suo radio, ui abstrusa, humores in hominum corporibus altius infixos, atque ob id perniciosos sępenumero excitare, qui tales esse solent,ut tardissimè, sicuti illorum author Saturnus,moueantur:moti tamen & incensi, grauiter sæuiant. Quod cum suis periodis indicant morbosę dispositiões hinc cõciliatæ:cuiusmodi sunt quartanæ,cancri,melancholiæ,& similes.Citra morbum, summam nonnunquam, & inexpugnabilem præstant cõtemplationem:adeò,ut pœnas Saturnini pendere mihi uideantur,non dissimiles his, quas ob cœleste furtum Prometheus rerum cœli contemplator indefessus, adhuc soluere in Caucaso fabulatur.Itaq; ex Saturnino humore, hoc est ex atra bile, ubi

Vnde melancholici varijs cogitatiõibus & studijs tenentur.

Saturnini & melãcholici humores & ex ingenia tardè mouentur.

vbi cōcaluit, tanquā è quodā ſeminario, pullulāt, tum ſimulacrorū, tū cogitationū germina, quæ deinde i hoim ingenijs ceu in agro quodā, fruges, ac fructus vberrimos proferūt. Addam quod etiam ſtella hęc cum ſuo humore & fermento, nonnunquam audaciam conciliat, vt in Hercule: & ob aduſtionē, formidabilem quandoque ferocitatem, vt in Aiace, longo tempore, propter ſtabilitatem terrenæ qualitatis, perſeuerantem. Quòd ſi extreme refrixerit, aut ad frigiditatis latus potius quàm caliditatis & ſiccitatis deflexerit, timorem etiam ſibi adiungit, cum extrema ignauia, vt in Piſandro, Therſite, & alijs. Ex quibus manifeſtum euadit, quòd ſideris huius defluxus, cum ſuo limoſo ſucco, in craſſa materia intempeſtiuè exceptus, fit quaſi venenum, quod equidem in viuentibus quibuſdam corporibus latet ſopitum, ceu ſulphur â flamma remotum. In alijs verô flagrat, atq; vt ſulphur accenſum, non cōburit tantùm, ſed vapore etiam noxio oīa circumplet ac propinquātia inficit. Saturnus ſui iuris factus, & in natali cœlo fortis ac potens quia Ptolemęo & Galeno, maleficus eſſe ſolet cū ſuo humore melācholico: & quādoq; anceps, idcirco cùm animis, tū corporibus nūc mala, nūc bona, quādoq; varia vt antea dictū eſt, quadātenus appingit. Vnde homines reddit natura odio plus quàm nouercali pręditos: ſemel cum Craſſo in vita ridētes, de fæce, exhauſto ab alijs dolio, bibentes, lentè in omnibus feſtinantes: acetum in pectore geſtantes: ſpem pretio ementes: lupum vbique auribus tenentes: κακοζηλία laborantes: metū ex conſcientia ſuſtinentes: ſinapi victitantes, & cepas olfaciētes, in occipitio multos oculos geſtantes: de proximo nihil curantes: in amicitia querulos, &, vt ſolent edentuli, edentium dentibus inuidentes: curru vtentes neglectis bobus: Heracliti familiā agnoſcentes: in Areopagitarū ſchola educatos, & qui ſapiētū octa-

Humoris Saturnini & melancholici varia natura.

Melancholia vt ſulphur.

Saturninorū hominum mores & natura.

ui ſibi videantur, aliud ſtando, aliud ſedendo cogitantes: rarò cū ānoſis ſimijs laqueo ſeſe inijciētes, odia amicitijs præferentes: ex eodē ore & frigidū & calidum ſufflantes: dextrā cuiuis non facilè cōcedentes: Rhadamāto inexorabiliores: in re certa incertos: duro alloqo Scythis moroſiores: defixis in terram oculis cōtuentes: ſuperciliū vbiq; contrahentes: cœnam Hecates plerūque cœnātes: in nocte conſilia capientes: vt vultures cadauera expectantes: à frōte & tergo, vt Ianus, vidētes, aureis machinis omnia oppugnātes: oculatas manꝰ habētes, quę nihil credāt, niſi quod vidēt: nihil, niſi quod Ariſtophanis & Cleātis lucernā oleat emittētes: habēdi cupiditate inſatiabiles: oīa trutina pēſantes: ad viuū cūcta reſecantes, & obęratos ad oſſa vſq; rodētes: ſpē vultu ſimulātes, & altū dolorē corde premētes: noīe potius q̄ cōſuetudine notos: anethū & mentā decimantes: quot verba, tot ſenſus plerūq; habētes: cū Fabio cūctātes, roſam quę præterijt rurſum quærētes: panē lapidoſum mādu cātes: vltores animos occultātes: oīa, vt Midas, ī aurū vertētes: diſsimulādi æquè ac ſimulādi artifices: pilū, vt lupi, ægrè mutātes: cūctādo Scipionē imitantes: ſalſuginoſam viciniā amātes: dicēda & tacēda callentes: altera manu panē, altera lapidē circūferētes: veluti ab aſino delapſos: ignauos, qbꝰ feriæ ſemp eſſe ſolēt: cēſores, caſtigatoreſq; virorū: ſordidos, & vt hyrūdines, ingratos: veluti auro ſubęratos: pro perca ſcorpiū reddētes: cumini ſectores: amicū, quàm verbū perdere charius habētes, ſocietatū oſores: nihil niſi cùm moriunt̄ benefaciētes: lucri ex re qualibet odorē bonū & ſuauē exiſtimātes: vel à ſtatuis, & mortuis tributa exigentes: multas aures & oculos habētes: lucrū pudori pręferētes: īexplebile doliū animo gerētes: cū laruis luctātes: ingeniū, mori farina variegatū, ſuſtinētes: ſardonio riſu omnia condientes: magis mutos quàm piſces: pauperculū Chriſti pecus deglubētes, potius quàm

Mira melancholicorum pictura.

Melancholicus humor varia corporibus & animis impingit.

quàm tõdẽtes:caput ſine lingua circũferẽtes,ne gry q̃dẽ ĩ mẽſis et cœtu dicẽtes:ſuos loculos,vt mẽdici,inanes vbi que prędicãtes:ſuſpẽdio arborẽ plerũq; deligẽtes: Hercu leos labores ꝑfectos:ſilẽtij tutũ p̃miũ agnoſcẽtes:ſemẽtẽ ab alijs factã metẽtes:quod ſciunt,neſciẽtes : tribus verbis oĩa abſoluẽtes:futura ceu de ſpecula præuidentes , rebus aliorũ,vt lupi inhiãtes:tineas veſtimẽtis , & gurguliones leguminib⁹ paſcẽtes:vmbrã ſuã,& præteruolãtes muſcas metuẽtes:ſalem lingẽtes,& lapſana victitãtes:ante tubam trepidãtes:pilos pro lana reddẽtes:Tantali pœnã ſuſtinẽtes:in pulicis morſu Deũ inuocãtes:ſpem dum aĩa eſt,ha bentes:vbiq; ſcrupulũ inijciẽtes:cochleæ vitã agentes:ſacrũ ſine fumo faciẽtes &c.Quod hîc reliquũ eſt,ignorãdũ nõ venit,ſaturnini cũ ſuo hũore,de ãtiquorũ pręceptis & obſeruationib⁹ peculiares habẽt morbos,qb⁹ ſuã ſobolẽ plerũq; tẽtat,in quorũ catalogo ſunt quartana, epilepſia,elephãtiaſis,morphea,cancer,ſcirrhus,hydrops,paralyſis,hæmorrhoides,dyſenteria,coli & renũ dolores ac huius notæ alij:qui vel de humoris melãcholici,cuius au thor & motor eſt Saturnus,largo ꝓuẽtu & effuſione,vel de ſanguinis facta ab eo corruptela,cacochymia itẽ,flatibus,cruditatibus,imbecillo calore,vel abũdãte pituita, oboriri plurimũ ſolẽt:aduerſus quos præcautiões cũ ido nei remedijs qſq; volet à rerũ cœli & medicinæ perito opportunè exigat.Quòd ad alia ꝑtinet,melãcholici,pul ſus habẽt tardos & paruos:ſudorẽ acidulũ & grauẽ, deiectiones ſubatras:ſõnia terribilia,vt mortis,cadauerũ , ſepulchrorũ,tenebrarũ,cruciatuũ,dęmonũ,& rerũ nigrarũ.Ex facultatibus hũanã vitã cũ corpore diſpẽſantibus, ob innatã malitiã Saturnus nullã agnoſcit:quãquam nõ deſunt q in retẽtrice quæ naturali ancillatur,nõnihil illi aſcribãt:ſed de Saturno feſtinãti mihi ad aliorũ planetarum maieſtatem,paucula hæc ſatis erunt.

Saturnini morbi de antiquorum obſeruationibus.

Notæ Saturninorũ ab his quæ excernũtur & alijs.

DE IOVE medica simul & astronomica narratio.

CAPVT VII.



IOVIS STELLA, vires non dicam naturales, sed cum Sole omnes penè, in humanis corporibus (si quę est alia) clementissimè fouet. Quod poëtæ tam Gręci quàm Latini cognouerunt, Iouem vbique decenti epitheto, sospitatorem, seruatorem, fructiferum, satorem, hospitalem, beneficum, salutare numen & benignū, necnō patrem hominumquè Deûmquè nuncupantes. A quorum vestigijs non longè declinauerunt Grammatici, poëtarum interpretes diligentissimi, & linguarum Quintilian. custodes doctissimi: quibus ecquid aliud sonat Iupiter, quàm iuuans pater, & ζεῦς, vt alibi dixi, quàm ζωή, hoc est, vita? Iouis, vt ex Arato trāstulit Maro, sunt omnia plena: ille colit terras: ille de superis omnibus solus est, qui ob beneficia, vt in Clodiū testatur Cicero optimi titulum, & ob vim, maximi sibi demeruit. Quod elogium reges, quos à Ioue nasci & educari vult Homerus, nō temere sibi adoptasse mihi videntur. Nam benefacere primùm, & non subditos expilare, deinde viribus regnādi illis à Deo concessis vti nō abuti, illorum maximè proprium esse debet. Quid est quod in planetę huius mense altero, nimirum à cōceptu secundo, vitam, vt tradunt ἰατρομαθηματικοί, fœtus in vtero accipit, & in altero, nono scilicet, in lucē vitalis emittitur, nisi quòd propter summum radiorum temperamētum, vitę, quam in calidi & humidi symmetria positam esse diximus, cum sole præesse creditur? Est itaque Iouis stella, naturæ temperatæ. Quod ex Claud. Ptol. hunc in modum confirmabo, ὁ δὲ τοῦ Διὸς ἀστὴρ, εὔκρατον ἔχει τὸ ποιητικὸν τῆς δυνάμεως με-

Iouis appositissima epitheta.

Mirè benefica Iouis natura.

Regum officium de Iouis numine.

Lib. 1. Apot.

ταξὺ γινομένοις τῆς κινήσεως αὐτοῦ, τοῦ τε κατὰ τὸν κρόνον ψυκτικοῦ, καὶ τοῦ κατὰ τὸν ἄρην καυσικοῦ, θερμαίνεται καὶ ὑγραίνει. Quod interpretamur Stella Iouis temperatæ eſt naturæ, propterea quòd media fertur inter frigidificũ Saturnum, & æſtuantem Martem, vnde calefacit & humectat. Cæterum, pulmonibus qui cordi aërem attrahunt, cõdiunt, & elaborãt, præſidere traditur: necnon arterijs, quę pulſatorium continent ſpiritum: partem in vitali facultate cum Sole habẽs & in animali, cum Luna. Sed omnium maximè in naturali ſe agnoſcit, quæ ſanguifica eſt, & ex his quę naturali ancillantur coctricẽ fouens. Nã coctio eſt à calido temperato, in humido: quas re vera qualitates, vna Iouis ſtella ſuas eſſe prædicat. Sed vegetatricẽ vim, ad quam incrementa referũtur, etiã ſibi inauthorat vel ob id vnũ, quòd qui creſcunt, vt ἀρχίατρος ille Hippocrates præclarè admodùm ſcripſit, calidi plurimum habent. His addere πάρεργον, nõ erit, quòd Iuppiter ſui iuris factus, ſicuti Ptolemęo & Galeno ſalutaris eſt planeta & beneficus, necnõ temperatus, ita temperatã reddit ſanguinis miſcellaneã. Vnde tam animis quàm corporibus, quæ laudabilia ſunt & probata, ac tẽperata inſtillare ſolet. Efficit itaque homines, qui, non vt volunt, ſed vt poſſunt libenter alijs benefaciunt: inſuper, quod adeſt, boni conſulunt, & pro ſuis opibus mœnia conficiunt: meſſe tenus propria viuũt: amicis fidi ſunt amici. cæra tractabiliores, & columba mitiores: genio indulgent, & ſine riuali diligunt: ſiculiſſant quãdoque, & pergręcãtur: ſermonibus feſtiui, dubiã menſam inſtruunt, omnia cum amicis habent cõmunia: benefactorum ſunt memores, alia dant, alia negant: equis & canibus gaudent, necnon aprici gramine campi: ad vindictã procliues videntur quãdoque, rectã viam ingrediuntur, genuinum habent pudorem: digni ſunt, quibuſcum in tenebris mices: tempori ſeruiunt, & mutuas tra-

Iuppiter quibus corporis partibus præſideat.

Iouialiũ hominũ mores & natura.

Vera pictura hominum vt dicunt ſanguineorum.

dunt operas: de vultu vtcunque iudicant, & viciſsim iudicantur: geſtus habent magna cum dignitate ſpectabiles: laudis & gloriæ ſtudioſi apparent: ſunt vxoris, ac liberorum amantiſsimi, & publici boni procuratores ſoliciti: fores tritas habent, ac nullos à ſe reijciunt: riſu omnia cõdiunt, duabus ancoris nauigant: in ſuo luco & fano gaudent: extra lutum pedes perpetuò gerunt: & in vtranuis aurem ac vtrunque oculum ſecurè dormiunt &c. Cæterũ hiſce morbis plurimùm tẽtari ſolẽt: ſynocho, ophthalmia, capitis grauitate, colicis cruciatibus, peripneumonia, homoptoe, calculo, pleuritide, apoplexia, phlegmonis, exeuthematib9, cõuulſionibus, gonorrhęa, lethargo, lyenteria, & alijs huius plumę: qui de ſanguine, in qualitate aut quantitate peccante, vel de plethora aut cacochymia, necnon obſtructionibus, putrefactione, item ac cruditatibus promanare ſolẽt. Iuppiter ex quatuor humoribus corporis ſanguinẽ habet cũ Sole, ob qualitates cum illo communes: ex ſenſibus, auditum, qui, vt ille, planè eſt aërius. Iouiales homines leui quacunque occaſione, ſanguinem è naribus, vel de opportuno corporis meatu alio, identidem excernunt: & quia calidi ſunt & humidi facilè ſudant, atque hinc grauiter hircum olent, pulſus plenos habent, & quandoque vndantes: ſomnijs lętis, & rerum pulchrarum plenis gaudent: in quibus plurimum, vel rubra vident: vel hęmorrhagias, & natationem in ſanguine, aut ſimilia ſibi repręſentari ſuſtinent. Sed hæc de Ioue plus ſatis eſſe, gradiuus Mars cõqueritur: ad quẽ nunc demum tranſire & iuuat, & expedit: ne ille ſua in nos tela contorqueat.

Morbi Iouiales.

Iuppiter ex reb9 corporis quidnã ſuũ agnoſcat.

Notæ ab interioribus & excretis hominum Iouialium.

De

DE MARTE medica simul & astronomica narratio.

CAPVT VIII.



MARTIS STELLAM, igneæ naturæ esse & planè æstuantis, vel de epitheto annuerũt Græci, quibus Mars ipse πύροεις dictus est. Nam vrentem calorem, & ob intemperantiam maximè noxium habet: quapropter flauæ bili, omnium quæ in corpore sunt calidissimæ, præesse merito existimatur: & qualitates vnà cum radio, propter naturalem malitiam, ad perdendum quàm generandum procliuiores deorsum refundere. Quod Græcorum antiquissimi, posteritatem latere noluerunt, apud quos ἄρης id est Mars, ἀπὸ τοῦ ἀναιρεῖν, hoc est à sustollendo & corrumpendo: aut, ἀπὸ τῆς ἀρῆς, vt Phurmitus scribit, id est, à damno, & interitu, nomenclaturam est adeptus. Propterea inauspicatum sidus, & cum Saturno maleficum esse, rectè cum Ptolemæo asseuerat Galenus. Nam huius caloris, vt dictum est, vrere & perdere proprium est magis, quàm fouere. Id quod in humanis corporibus flaua bilis præstat, & agnoscit. Quid enim ex igni producas ac generes? Hinc vitia & mala cùm corporis, tum animi quàmplurima inducit: de quibus postea. Ex intemperato enim ardore, & bilis vehementi commotione, intemperatas perturbationes innumeras excitari, certum est: quas incompositæ quoque actiones, & violenti, inconsideratique affectus sequuntur: In quorũ acie militãt rixę, cõtentiones, homicidia, bella, & similia. Vnde Mars belli, & armorũ deus, à Poëtis non

Martis stella ignea & æstuans.

Martis certa ex epitheto natura.

Mars plurimorum malorum est author & conciliator.

temere dici ac fingi mihi cenſetur: nutricem habens Belonam, vel, vt alijs placet, matrem, aut ſororem. Quid enim à calore immodico qui iam efferbuit, ac ſuapte natura vrendo cuncta conficit, & in flammas euolat (qualis eſt bilioſus, æſtus merè martius) ſperari, aut expectari queat? nihil me hercule, niſi immoderatum & pręceps, breuiquе periturum. Eſt itaque ad vrendum, arefaciendum, & perdendum in primis apta Martis ſtella: modò non aliunde impedita, ſui iuris fuerit. Quod Ptolemęũ, ſummum rerum cœli philoſophum innuiſſe audies.

Lib.i. Apotel. ὁ δὲ τοῦ ἄρεως ἀστὴρ (inquit) ξηραίνειν. μάλιστα καὶ καυσοῦν ἔχει φύσιν, τῷ τε πύρει χρώματι οἰκείως, καὶ τῇ πρὸς τὸν ἥλιον ἐγγύτητι ὑποκειμένης αὐτῷ τῆς ἡλιακῆς σφαίρας. quod verti poteſt. Martis ſtella, & arefacit, & vrit, ſicut congruit igneo ipſius colori, & Solis vicinitati, vt qui illius ſphęrę ſubiectus ſit. Hinc factũ facilè crediderim, quod ex facultatibus corpus humanum, & vitam diſpenſantibus, ob innatam malitiam, Marti nullam aſcripſerunt antiqui: ſicuti etiam nec Saturno, vt ſuprà eſt dictum. Sed ex his quę naturali ſubſeruiunt, attractricem ei tribuerunt: & ex viſceribus hepar, aut potius fellis veſiculam eidem appendulã: quam Græci, κύστιν χολήδοχον nuncuparunt, Latini bilis folliculum, ſeu bilioſi humoris, cui Mars præſidet, armariolum. Ille in natali cœlo potens, & ſui iuris factus, quia Ptolemæo, & Galeno maleficus eſſe cenſetur, ac bilem flauã æſtuãtem, ac præcipitem ſibi inauthorat, idcirco homines cũ animo, tum corpore tales agnoſcit, qui gladiatoriè & minaciter loquuntur ac incedunt: perq; enſes, perquе ignes irruunt: non mouenda mouent: caput cerebro vacuũ geſtant: alterius poteſtatis, a quê ac iniuriarũ ſunt impatientes: præpoſteris conſilijs omnia agunt: ſeſe periculis temere præcipitant: propoſitum ſæpenumero mutant: ſui ſunt profuſi, & alieni appetẽtes: ſummis viribus res arduas tentant:

Ex rebus corporis quęnam ſibi vendicet Mars.

Martialiũ hominum mores & natura.

tant:arcem ex cloaca faciunt:cornua & supercilium ubique attollunt:cœlum,ceu digito attingentes, omnia territant:tragicè,ut Gygantes,loquuntur:fœnū in cornu habent:cœlum terræ miscent:pennas nido maiores ubiq; extendūt:pugnis ac calcibus in omnes, & per omnia grassantur:plaustra cōuicijs onerata circunferunt:in fermento iacētes frenum mordent: ceu œstro quodam perciti,cędunt omnes, inq; uicem cōmittunt crura sagittis,Manliana & Phalaridis imperia sustinent:litem ubiq; mouent:nec magis humilibus,quàm lupi parcunt:currēti ad iras calcar addūt: corpus sine pectore gestāt:infreni ore colūnas rūpūt: ferrū ferro exacuunt,& litē lite cōponunt:ignē igni addunt,et oleo incendiū extinguunt:sunt ubique ut Martis pulli:fel in ore habent,& ignem in corde: iura sibi data negant:de alieno corio liberales sese præstāt:&c. Quòd ad morbos attinet huic stellæ familiares,& cōgeneres,talē de priscorū obseruatione illorū habeto catalogū,Tertiana febris, icterus,phrenitis,causus, erysipelas,hemoptoë,dysenteria,urinę ardor,hemicrania,huius notę alij:q de bilis flauę quātitate, uel qualitate,ut dicūt,peccātis, adhæc de sanguinis adustione,igneis scintillis et uaporationibus, biliosis,necnon totius corporis incēdio, & similibus causis emergere plurimùm solēt: aduersus quos tam præcauēdo,quàm curando, peritus aliquis medendi magister,te prorsum immunē reddere poterit.Cæterum qui Martiam naturam agnoscunt, hi pulsus habent magnos & celeres,urinā flauam,igneā,ac mordacem:sudorem acrem,salsum,uel amarum:deiectiones flauas:linguam siccam:narium muccum paucum, eumq; subflanum,cum simili oculorum lippitudine: aurium sordes multas & biliosas : somnia , ignis , in-

Mira biliosorum hominū pictura.

Morbi Martiales & cholerici.

Notæ tā internæ quàm externæ martialium hominum & biliosorum.

cendiorum, homicidiorum, litium, armorum, & huius picturæ aliorum. Sed de Marte, quod ad hunc locum attinet satis.

DE VENERE medica simul & astronomica narratio.

CAPVT IX.

Venus unde appellata, cũ sua natura.



VENERIS stella, quòd ad res omnes ueniat, Ciceroni simpliciter est dicta. Alijs genitale astrum, & prolificum, ob humidi tẽperaturã, insitamq; uim beneficã, quã habet ac infundit. Cui ea inesse fertur natura, ut corporibus, & substantijs inferioribus, tantisper dũ generantur, uel fouentur, succum blandũ, & humidulũ suggerat: ita tamen, ut irroret, magis quàm mergat & inundet: sequaturq; roris potiùs naturam, quàm imbrium. Quæ res (opinor) effecit, ut Venus decenti epitheto apud priscos poëtas, homines re uera φιλοσοφωτάτους καὶ ἀστρολογωτάτους, ab alendo, alma passim nũcupetur.

Venus quomodo frigida esse intelligatur.

Quod attinet ad alteram illius qualitatẽ, nimirũ frigiditatem: quẽadmodum ex calore, alium posuimus qui foueat & alat, qualis est Solis, deinde Iouis, & qui illum æmulatur calidi innati: alium insuper qui urat & perdat, qualis est Martis, & qui illum agnoscit flauæ bilis. Sic in frigidi natura, unum utcunq; temperatum statuemus, quale est in Veneris radio, & pituita dulci, cui præest Cypria: alterum corrumpens & intemperatum, quale est in Saturno & melancholico succo.

Duæ stellæ beneficæ, & totidem maleficæ.

Ex quibus facilè moueor, ut Ptolemæo assentiam, ac Galeno subscribam, qui de numerosissimo stellarum choro, duas simpliciter adiutrices, beneficas, & naturæ amicas

ræ amicas dixerunt, Iouē ſcilicet ac Venerē: duas uerò alias, Saturnum inquam & Martē, corruptrices, naturæ inimicas, ac maleficas. Sed ipſius Ptolemæi ſententiam Latinam, ne nimiùm ſim longus, hîc adſcribere conſultiùs erit. Cùm quatuor ſint humores (inquit) ſeu primæ naturæ, duæ fœcūdæ & uiuificę, nempe calidi & humidi, ex quibus omnia coaleſcunt ac roborantur: itemq; duæ exitiales & detrimentoſæ, aridi & frigidi, unde rurſum diſsipantur & debilitantur omnia: tradidere ueteres ſtellas beneficas eſſe, Iouis, Veneris & Lunæ, eò quòd temperatæ naturæ ſint: & in quibus plurimum inſit calidi & humidi. Stellas uerò Saturni & Martis maleficas, quòd cō trariæ ſint naturæ & effectus: alterā enim frigidiſsimam, alterā feruentiſsimā eſſe uoluerunt. hactenus ille. Exiſtimabis itaq; Veneris ſpiraculum humidum eſſe ſed abſque ullo exceſſu, cum pauco, eoq; temperato tepore. Quòd antiqui poëtæ, fortaſſe reſpexiſſe uoluerūt, dū Venerē è ſpuma (quæ eſt ueluti quarum ſpiritus & medulla) genitam fabulati ſunt: à qua ἀφροδίτη nomen habet. Vel, quòd ſpumoſa ſint animalium ſemina, uel quòd omnia humore gaudeāt. Vel, ut uerè commentus eſt Euripides, quòd ἄφρονες ſint, & parùm ſanæ mentis, qui ſe à Venere ſuperari ſinunt. Quibuſdam, hepar inter alias corporis partes, illi cū Ioue aſcribere uiſum fuit: in quo concupiſcibilē facultatē, cupidinesq; omnes pharetratos (quibus Venus mater eſſe creditur) necnon titillationum, & appetituum ſedē ſtatuerunt Plato, & Galenus: ſine quibus, an animal ullum ſentiens eſſe poſsit, quum materia ex qua aliquid fit, formæ ſit appetens, iudicabunt philoſophi. Sed genitalia animalium membra illi rectiùs addicta exiſtimarim: unde uoluptatum

Lib. 1. Apotel. ſub finē.

Veneris tēmperamentum & qualitas.

Venus, quibus corporis partibus præſit.

Quibus corporis ſenſibus imperet Venus.

ministra, & libidinis dea suo quodã iure esse censetur. Cum his etiam in odoratu, & gustatu partẽ habet: in quibus cùm animi, tum corporis delitias sitas esse, ambigit nemo. In quam rem allusisse mihi uidetur Lucretius poëta in omni philosophia summus: apud quem Venus, hominum, diuûmq; uoluptas, ornatur titulo conueniente rei. Habet insuper de facultatibus appetitricem, & ex humoribus pituitam, ut dixi, dulcem, insipidam, ac naturalem: quę in sanguinem uitæ amicum transire, &, nisi omnes mentiuntur Asclepiadæ, à natiuo calore excoqui facilè potest. Cæterum, quia Venus cum suo radio, planeta est ut diximus, temperatus, idcirco homines agnoscit, in quibus est cygnea cantio & atticus lepos: qui mores amicorum noscunt magis, quàm odio habent: floribus gaudent & unguentis: munditiarum sunt amantissimi. Cupidinis crumenam porri folio uinctã circunferunt: uno digitulo caput scalpunt; melle peruncti lesbiantur ac corynthiãtur: summis unguibus incedunt: lentiscum mandentes, Lydio more uiuũt, auricula infima & quauis spõgia, sunt molliores ac delicatiores: cuticulam splendidê curant, ac sibipsis placent: mellis medullas ubiq; in ore habẽt: caput demulcentes cauda blandiuntur: oleum in dextra auricula gestãt: statum corporis & oculorum decorum habẽt: molliculo sunt capillitio, & cute delicatula, gignendæ proli, & propagãdo generi deditissimi: rebus amatorijs ac cantilenis uacant: pietatis, misericordiæ, & fauoris sunt studiosissimi: omnibus gratiis insignes habentur, in utranuis aurem, & utrunque oculum dormiũt. &c. Huius ꝓles, peculiares & suos morbos habet, in quibus sunt catharri, coryze, brãchi, lethargus, paralysis, apoplexia, gonorrhea, obstructiones, renum,

Venereorum hominum mores & natura.

Morbi Veneris & pituitosorum.

renũ,uesicę,uteri,& pudendorum dolores,quotidianæ febres,capitis affectus,Lyenteriæ,diarrheæ, hydrops,diabete,saliua stomachalis,& huius farinæ alij,qui de cruditatibus,cacochymia,abundante plus satis pituita,flatibus,imbecillo calore,perfrigeratione,& similibus prodire plurimùm solent:quorum omniũ & præcautionem & curationem,à præstantissimis medicis,ceu à Deorũ manibus,opportunè exiges. Quòd ad pulsus attinet,paruos,tardos,& molles habent:muccum per nares copiosum emungunt:ructus acidulos expectorant:sudorem insipidum exhalant:lotium album pallidum & tenue reddunt, crassum nonnunquã & turbidũ in alui deiectiones albas excernũt,humidas:muccosas,lentas,& cruditatũ plenas. Aquas plurimùm somniant,balnea, piscationes,colubros, & similia. In quibus hanc de Venere commentatiunculam tibi claudimus.

Notæ tã internæ, quám externæ venereorum.

DE MERCVRIO medicina simul & astronomica narratio.

CAPVT X.



VPEREST de uniuerso septem planetarum theatro sanèquam uenerãdo,unus Mercurius:cuius stellã uersatilis esse naturę,& Protheum quẽdam imitari,cum Ptolemæo, & priscis rerũ cœli interpretibus omnibus,fidem facit experientia. Nam alio tempore frigidum esse illius spiraculum,alio humidum, quandoque calidum, & retorridum,nonnũquam uentosum, ex commotionibus quas in aëre ciet,facile est deprehendere. Nunc

Mercurij stella inconstãs, versatilis & varia.

enim Solis naturam, nunc Lunæ, nunc aliorum quibuscum miſcetur, celerrimè induit. Vnde factum uideas, ut nunc uir, nunc fœmina fiet, quẽadmodũ ſcripſit poëta. Quæ res, locũ fortaſſe dare potuit his quę de Hermaphrodito apud Naſonẽ ſub cortice ænigmatico circũferuntur. Habet itaq; hic planeta naturam mirè uariam: quod de Ptolemæi uerbis probare aggredior. Mercurii ſtella (inquit) uim ferè parem habet in deſiccãdo & abſorbẽdis humiditatibus: propterea quòd nõ ualde lõgè à Sole recedit. Aliquãdo uerò in humectãdo, quia uicina eſt Lunæ: quæ terrę proxima uehitur. Subitarũ autẽ mutationũ in utrãq; partem eſt effectrix, concitata celeritate ſua, qua mouetur circa Solẽ. Hęc ille. Itaq;, quia cõcitatioris motus eſt, idcirco eam concitationẽ in corporum qualitatibus, & humoribus eorundem permiſcẽdis, ac alternandis retinere fertur. Vnde, quia ubiq; dubitant Mercuriales, undecunq; etiã quærunt ac ſciſcitabundi perſcrutãtur ſingula, perſcrutãdoq; ad ſecretiora penetrãt: & quæ prius erãt obſcura, aperiunt. Quinetiã proficiſcũtur ulterius ad intẽtata, dum nõ ſolùm ſuos, legẽdo, audiẽdo, & ſcribendo, exacuũt ſpiritus: ſed etiã fidẽtiores faciũt, reddũtq; indefeſſos. Cæterũ, humor ipſe quẽ Mercurii ſtella ciet, mirũ in modũ eſt acutus, & penetrabilis. Qua ex re fit, ut hominũ, cogitationes ad eloquendũ, ſcribẽdũ, & ex tẽpore dicendũ ac diſcendũ uehemẽter promoueat: atq; animum ad rerum ſubtilium, & ingenioſarum peruestigationẽ prõptiſsimè exacuat: adeò, ut quærẽdo Mercuriales q̃duis facilè inueniãt, inueniẽdo cognoſcãt, & cognoſcẽdo ſciẽtes euadãt. Hinc rationalẽ animæ uim, quam Peripatetici artiũ omniũ artẽ & officinã dixerũt, (propterea quòd ſola reliquas poteſtate cõprehen-

Libr. i. Apot.

Mira Mercurialis ſtellæ natura: & ingeniorũ q. bus præeſt.

Mercurius quibus rebus corporis præſit.

prehendit,unà cum intelligétia,& phãtasia,(quæ re
ceptaculũ eſt eorũ omnium quæ ſenſibus offerũtur)
illi meritò ſacrarũt antiqui. Inſuper,facũdiã (unde
Gratiarũ dux fingitur) cũ oratione,quæ cõceptæ ra-
tionis eſt explicatrix. Rurſum & linguã,quæ cũ uo-
calibus inſtrumétis,orationis eſt artifex,& intelligé
tiæ miniſtra. Ex quo ἑρμῆς à Græcis Mercurius dictus
fuit:quòd ἑρμηνείαν, hoc eſt interpretationem auſpi-
catum ſtellæ illius defluuiũ ingeneret. Fel præterea
eidem nonnulli addixerunt, quod Ariſtoteli purgã-
tis ſeſe iocinoris,uel,ut alijs placet, efferueſcétis ſan-
guinis,eſt excrementũ:Cuius natura penetrabilis &
acris,quantas ad inueniendum, intelligendum, diſ-
ſerendum,& eloquendum, uires habeat, docet, poſt
Ariſtotelem, uetus prouerbium hoc, animum non
habet, qui iram non habet. Quanquam non ſum
neſcius de animoſitate etiam intelligi poſſe. Sed hîc
non omittédũ,quòd ſtella Mercurii, melancholicæ
quãdoq; eſt naturæ,aut,ſi mauis, melãcholiã efficit,
ſed celeré & ſubtilé,qualis eſt in apibus, & formicis:
unde,in his prouida diligétia,in illis uerò,ſedula in-
duſtria cõmédatur. Saturnus cõtrà,graué & pigrã ef
ficit:qualis in aſinis & bobus apparet:ex quo i utriſq;
laborũ tolerãtia mirè probatur. De facultatibus cor
pus humanũ regétibus,i aíali,& eius ſobole,quæ ra-
tiocinatrix dicit, ꝓpter cauſas prius expoſitas parté
ſibi uendicat,Stilbon, aut ſi mauis Mercurius, cuius
ſtella cũ ſuo radio (ut antea ſcripſimus) qa naturæ eſt
uerſatilis & ancipitis,nũc flauã bilé moués,nũc atrã,
ſed dilutiorem tamé,idcirco uarij téperaméti homi-
nes,& naturæ ſic ſatis cõfuſæ,figurare ſolet:de quo-
rum pictura ſunt,ut hinc exordiar,aureos mõtes pol
licentes: quæ difficilia ſunt, pulchra exiſtimantes,

Mercurij ſtellaqualem melãcholiã quãdoq; efficiat.

Mercurialiũ hominum mores & natura.

fallaciā fallacia trudentes, tanquā in ſpeculo multa vidē-tes: in vtrūque parati, aut verſare dolos, ſeu certæ occumbere morti: cretiſſantes cōtra Cretenſem: nodum vbique in ſcirpo quærētes: fumos vendentes: oua ſubuētanea parientes: duos parietes de eadem fidelia dealbātes: Chameleonte mutabiliores, ventorū campos circūferentes: duabus ſellis plærumq; ſedentes: vulpinæ pelli leoninā ſubſuentes: bullatas nugas plenis loculis gerentes: ſomnia ſibi fingentes: animis pegaſo velociores: nunc de toga, nunc de pallio rixantes: ad omnia, ceu nauibus & quadrigis feſtinātes: ante victoriam triumphum canētes: vias quibus effugiant multas habentes: omnes naſo ſuſpendētes: libēter & facilè diſcentes: grȩcam fidem poſsidētes, proprijs ingenij viribus confidentes: ſciendi cupiditate à publicis negotijs abſtinētes: ab augenda re domeſtica, & promouendis liberis ob mirum ſciendi deſyderiū, animū prorſus alienū gerentes: vnde pauperes in paupere tecto ſæpenumero moriūtur: noīs immortalitatē perituris diuitijs præferētes &c. Morbi quos Mercurij ſtella agnoſcit, & ſuis immittit, ſunt epilepſia, phrenitis, cholera morbus, quādoq; cauſus, melāncholia, dyſenteria, angina, phthiſis, pleuritis, teneſmus, vertigo: in ſumma affectus oēs q partim ſunt Saturnini, partim Martiales, aduerſus quos, optimus medicus: optimis remedijs, ſi maturè illū cōſulueris, te peropportunè præmuniet, & immunem reddet. De pulſu, excrementis, & inſomnijs, & alijs, quæ hæc ſtella ſuæ ſoboli cōmunicat, nihil peculiariter hîc poſſum ſcribere: propterea quòd vnius naturæ, (vt iā admonui) haud quaquā eſſe ſolet: quare cōfusè varia ei omnia adſcribes: de qua ſtella & reliquis ſex in cœlo primarijs, hoc eſt, de planetis ſeptē, quod ad medicā & aſtronomicā de illis cōmentantiūculā attinet, verbū non amplius addā, alijs ſuū locum ex ordine daturus, modò mihi placidè cōceſſeris

Morbi Mercuriales.

ex his

ex his quæ hactenus & alibi ſcripſi: rerum cœli, cũ rebus corporis magnũ eſſe cõmerciũ. Adhęc peritũ aſtronomũ, cũ perito medico, admodũ cõuenire, quod, vt facilius accipias, & agnoſcas, veluti de auctario, ſequentia duo capita, candidè, vt omnia tibi impertio. *Res cœli, cũ rebus corporis magnum habent commercium.*

QVOD peritus rerum cœli philoſophus corpori humano admodum conſulere poßit, ac magnũ cum perito medico habeat conſortium: inſuper quomodo, & quatenus de morbis liceat ex aſtris ſeriò philoſophari.

CAPVT XI.



VEMADMODVM prudens natura medicus (qualẽ in ſuis præſagijs eſſe cupit ter maximus Hippocrates) ſedulò diſquirit apud ſuos ægrotãtes, quænã corporis particula primario affectu corripiatur, vel alteri cõſentiat: deinde quale ſit laborantis tẽperamentũ, quæ morbi ſpecies, & qualis natura, quæ decumbẽtis ætas, quæ ſtudia, quæ regio, quæ anni tẽpeſtas, qualis victus quo per ſanitatẽ vti cõſueuit, quę artes ad quas animũ appulit: quo vſus ſit aëre, vtatur: adhec quomodo ſe geſſerit erga cibũ, potũ, ſõnũ, venerem, & alia, ex qbus rectè, tutò, iucũdè, & citò veras curandi iudicationes, vnà cũ aptis ac idoneis remedijs, ceu de ſpeculo videt ac colligit. Ita, qui prudẽs, & peritus rerũ cœli philoſophus (qualẽ deſiderat Ptolemæus) eſſe volet, eãrũdẽq; cũ hũano corpore, & inferioribus ſubſtãtijs coaptator eximius dici, multa tẽperet, plurima miſceat, & innumera animaduertat neceſſe eſt: nã fieri nõ poteſt, quẽadmodũ ille idẽ Ptol. ſcripſit, ut quis ſtellarũ mixturas percipiat, niſi prius naturales differentias, temperaturasq; cognouerit. Ergo, qui ſeriò de morbis ex aſtris phi-

Prudẽtis medici officium ac partes.

Prudẽtis rerum cœli philoſophi partes & officium.

Ptol. Apo. 7

losophari studet, is imprimis, rerũ & naturalium & medicarum causas, natura effecta differentias, & alia, multo studio ac longis obseruationibus comparata, veluti ad manum habere debet, deinde duodecim imaginum Zodiaci, & septem planetarum, necnon reliquorum astrorum, præsertim insigniorum loca, vires, positus,

Res sanè quã est ardua ex astris seriò philosophari. schemata, motus, temperaturas, radiationes, exortus, occasus, cœli mediationes, progressiones, ascensiones, descensiones, latitudines, declinationes, regressiones, stationes, tarditates, velocitates, climatum distinctiones, locorum naturas, ventorum futurorum, præsentium, & præteritorum rationes, regionum situs, cœli ad easdem habitudines, stellarum ad illas inclinationes, radiotum proiectiones, emergentium supra horizontes, & labentium siderum certas obseruationes, & denique fortuitarum, ac statarum tempestatum signa, vnà cum his, quæ

Aphor. 13. Ptolemæus vbique magnus, δευτέρια, est secundaria nuncupat in quorum classe militant Cometæ traiectiones, ignita aëris spectra quæcunque (de quibus fusissimè in nostra Cometographia) & diuturni pluuiarum, necnon siccitatũ ac ventorũflatus, aliorũq́;, de quibus apud Hippocra. in Aphoris. morbis vulgaribus libro de aëre, lo-

Sectione 3. Aphoris. cis & aquis, ac alibi quæ omnia à motibus. & radijs cœlestium corporum, exortúque & occasu illustrium siderum, naturas, elementorum, & rerum omnium inferiorum per aërem agitantium prodire, tam confessum esse debet, quàm est manifestum. Hæc qui semel nouerit, & philosophicis, medicisqúe rebus prudenter aptauerit, & cõtemperarit, modò sibi deesse noluerit, verè magnum, & planè admirãdum præstabit medicum. Quem ex Aegyptiorum noméclatura, qui astronomiam medicinæ, vbique copulauerunt, Ptolemæus ἰατρομαθηματικὸν, scita admodũm appellatiõe inscribere voluit: ac si dicas, medi-

medicaſtronomũ, ſeu, virum medica aſtronomicis perappoſitè coniungentem. αἰγύπτιοι (inquit) σύναψαν πανταχῆ τῷ δι' ἀστρονομίας προγνωστικῷ, τὴν ἰατρικήν. ſubdit paulo poſt, διὰ τῶν καλουμένων παρ' αὐτοῖς ἰατρομαθηματικῶν συντάξεων μέθοδον, &c. quod eſt. Aegyptij prædictionibus aſtronomicis vbique medicam artem adiunxerunt, vnoq́ue verbo aptationem illam & medicinę, cum aſtronomia cõiunctioné Iatromathematicem dixerũt, vt aſtronomia declararet ſubiectarum conſtitutionum proprietates: & quid caſuum, cœlum nos circundans intentaret, cum proprijs quorumque cauſis: ſine quibus opem certam ferri poſſe non ſunt arbitrati: qui ſcirent eadem omnibus corporibus, & morbis non conuenire. Medicina verò efficeret, vt & futuri mali auerſio, & præſentis curatio, quoad eius rectiſsimè fieri poſſet, de concordibus, aut contrarijs ſingulorum effectionibus exiſteret. Hactenus Ptolemæus. Ex quo, niſi planè es talpa, facilè audis aſtronomiam medicinæ plurimum opitulari. In qua ſententia fuiſſe diuinum Hippocratem intelliges. ἴστον (inquit) ὅτι οὐκ ἐλάχιστον μέρος συμβάλλεται ἀστρονομίη ἐς ἰατρικήν. hoc eſt. Sciendum, quòd ad medicinam non minimùm confert aſtronomia. Cui ſubſcribit eius interpres Galenus, his verbis: qui aſtronomiæ (inquit) imperitus eſt medicus, hunc cælatum nolim, ipſum haud quaquam obſequi Hippocrati ad illam cohortanti. Ex quibus ſummotum virorum ſummis verbis, & teſtimonijs, quid aliud amabo te, colliges, quàm medicinam & aſtronomiam fraterno fœdere, & ſociali vinculo vbique, & ſemper apud priſcos copulatas fuiſſe? Certè quiſquis vtramq;, vt par eſt iũxerit, exquiſitè didicerit, & probè temperauerit in phyſiologiæ proſticis prophylactice, ſimiotice, & therapeutice (pręcipuis & ſummis medicinę partibus) hoc eſt in tẽperamẽti

Claud. Ptol. lib. 1. Apotel. ſeu Quadrip.

Hippo. ſtatim in initio libr. de aëre, locis & aquis, & Gal. in 1. tempeſtat. epi. dem. Hippoc.

 conſideratione,

consideratur, in præsagiendo, præcauendo, signorum perscrutatione, & curando, ciuitatibus ac regnis, ęgris atque sanis, sibi & amicis, notis ac ignotis, felicissime, vt postea ostendam, & summa cum laude prodesse poterit. Sed iucundum, & (vt opinor) vtile erit, si vtriusque (medicinę, inquam, & astronomię) familiaritatem ac cōiugiū, crasso aliquo exemplo ostendero. Hoc demonstrationis gratia, tale esto. Peritus rerū cœli & naturæ philosophus, qa initiāte vere nouo (erectis duodecim cœli tēplis) obseruat Martē morborū significatorem in humido signo cum Saturno anni collega, hospitari, & bonā planetarū partem cum aquosis octaui orbis stellis, de pluuia signiferi statione, oriri, occidere, & cœlum mediare, sed omniū maximè lunam, quæ in corpora, & humorū fermentatione summum habet imperiū,) ex cōque contubernio, & ex ea cœli constitutione, cū australibus ventis imbres diuturnos, sub crassiuscula aëris caligine, suffragantibus nouilunijs & plenilunijs effundendos ac refundendos. Ille certè, seriò prædicere poterit ex ea cœli & aëris inclementia, ad futuras magna ex parte (quemadmodum scripsit bonorū omniū nobis parens Hippocrates) febres lōgas, alui profluuia, putredines, comitiales morbos, apoplexias, anginas, pleuritides, peripneumonias, coryzas, tusses, bronchos, dolores pectoris, laterū, capitis, ac lumborum, & vertigines, rationē subdet physicam, quòd nouella terra proximę adhuc hyemis larga humiditate exsaturata, aquosam illā veris superfluitatem, imperante cœlo conquisitam, imbibere, & exsorbere non poterit. Imò verò, Sol ipse ob radiorum imbecillitatem, coquendis, absumendis, aut diripiendis tot aquosis vaporibus, longè ac latè sursum & deorsum refusis, satis esse non poterit. Ex quo continget, vt ipse aëris tractus, ob maleficam dominantium stellarū naturā, citò ac facilè ex diuturnitate vitium

Elegans demonstratio societatis medicinæ & astrologiæ.

Hippocr. Aphor. 16. & 23. Sect. tertiæ.

vitium trahat,& vnà etiam corpora,quæ velint nolint in illo,qualis qualis erit,viuūt & ſpirant,adhæc ſtirpes(quibus alimur)in corruptionem,& putrilaginem,de ſympatheia leuiter adducat. Vnde ſummum erit periculum , ne prętcr cōnumeratos morbos,peſtiferam auram aliquam alicubi etiā enomat. Addet ex medica obſeruatione,quòd hyeme ſpirauerunt auſtri,ſeqúe homines multo cibo, & vini recentis potu liberiore,necnon fructibus autumnalibus à meridianis ventis educatis,ad hæc oleribus , & alijs cruditates affatim generantibus cum profundiſsimis ſomnis,ſeſe genialiter ſaburrarunt:nec omittet neglectas ob intemperiem aëris exercitationes , vnà cum ichthiophagia,& profuſo leguminum vſu. Quæ omnia in paratis corporibus & præcautiōe deſtitutis,præter obſtructiones,ingentem pituitam,& deploratā cum putredine cacochymiam(morborum multorum ſeminaria)coaceruarunt. δῖα μυστήρια philoſophe,ecquid iſta tibi placēt? Nū verè ἰατρομαθηματικὰ eſſe exiſtimas? hoc eſt medica aſtronomicis(priſcorum more)coniuncta. In his certè qui ſe vt dixi,diligenter exercere perrexerit,à futuris morborū prognoſticis euentis,præcautiōe,caſibus & curatione rarò decipietur:ſuoſqúe ab improuiſis morborum inſultibus tutò vindicabit. Quod Claud. Ptolomęū innuiſſe audies. Qui ſciens eſt(inquit)poteſt multos ſtellarū effectus auertere,quando naturam earum nouerit,ac ſeipſum, & alios,ante euentum præpararit. Et alibi, Sapiens anima cœleſti operationi confert,quēadmodum optimus agricola arando,& expurgando naturæ confert. Hîc ego te appello medice mihi ex animo amice,cui vſqùeadeò ſordet ſacratiſsima rerum cœli philoſophia. Ne(amabo te) poſthac illam à te,& tua(vt loqueris)profeſsione alienam eſſe tam temerè contende:nec ſuperciliosè,ceu formidabili ſummi Pontificis decreto,tam facilè excommunica:

Medicis aſtronomicæ prædictiones cōfirmātur, & contrà.

Ptolemæus Aphoriſ. 5. & 8.

deq́ue tuis ſcholis, quaſi prætoriano edicto, tam leuiter relega: nec arrogantia, cum neſcio qua ignorantia coniuncta (quod vitiũ eſt indelebile) à tuis principibus, Hippocrate, inquam & Galeno, tam citò defice: à quibus ſollicitè ad eius ſtudium cohortaris. Sed quorſum, inſtituti mei oblitus, rapior? quorſum feror? Itaque, vt à diuerticulo in viam redeam, prudens rerum cœli & corporis philoſophus, ſtellas quo dictum eſt modo, ad aërem primùm (qui inter cauſas ſalubres medicis principatum obtinet, deinde ad corpora, cùm præſagiendo, tum præcauendo, & medicando, excuſsis hinc inde cauſis, & particularibus, & vniuerſalibus (vt par eſt) coaptabit, & circunſpectè attemperabit. Demonſtrationem alteram, & exẽplũ tale proponã, Quia fortaſſe ille idẽ rerũ cœleſtium & medicarum philoſophus, anno aliquo animaduertit radios æſtuantis Martis, æſtiuę conſtitutionis moderatoris, de igneo Leonis ſigno, cum Sole, & retorrida Serrij ſtella permiſceri, ac conuenire: atque in aërem geminato calore excoqui, idcirco bilioſas febres, & ardẽtiſsimas: vel his congeneres morbos in via eſſe prænuntiabit: addetq́ue periculũ eſſe, ne TARQVINIVS (exempli gratia) bilioſus natura, & merè Martius, in illas collabatur: ob incenſam bilem ab ambiente aëre qui intus per os, nares, & arteriarum anaſtomoſes æſtuantiſsimus recipietur vel ob ſuperaſſatum hinc ſanguinẽ, aut aliter. Ratio ex medica obſeruatione hæc erit: quòd victus, & vitæ ratione calefaciente, ac ſiccante, cum vehementi exercitio, & inedia, vti ſileat, omniaq́ue per ſumenda, admonenda, & facienda tentet, quæ internum æſtum augeant: qui grauiter ab exteriore ſtimulatus, & veluti incendium oleo ſuffuſo, auctus, ex ſtulto inſanus euadet: ac totus in ignẽ furiaſq́ue (ni maturè proſpiciatur) vnà cũ ſanguine corruet. Quid tum? huic tempeſtiuè interdicta omni exercitatione,

Erudita hic admodũ exhortatio.

Exemplũ alterum & demonſtratio ſanè quàm appoſita.

Medicina quid factuꝝ: oſtendũt aſtronomia quid futurũ.

tatione, interdicto alto Sole, imperatisq́ue rebus, & causis omnibus refrigerantibus & humectantibus, cum cibis & potionibus idoneis, cum balneo frigidæ, & machinamentis alijs salubribus, in sumendorum admouēdorum, faciendorum, & educendorum ratione positis: prohibita insuper Venere, & omni violēta animæ cōmotione, propinatisq́ue (si opus erit) cholagogis medicamētis, necnon misso de vena sanguine, aut aliter, furias illas martiales, per æstuantem aërem in tale corpus grassari paratas, prophylactices præsidio demulcere, imò vero eludere poterit. Atque ita periclitantem TARQVINIVM præmunire, vt vrens, ac planè ignea Martiæ stellæ vis, cum suo satellitio, in perfrigerato, & humectato illius corpore, incendi nequeat, nec suam tyrannidem vllo modo exercere. Eadem methodo in prę uisis ex cœlo, & aëre pituitosis, aut melancholicis affectibus se omnino gerere meditabitur: ex multo tempore singula, longè antè quàm irruant, consultò perpendens: quæ demum vera est prudētia, quam prouidētiam Seneca vtique interpretatur, qua & futura quis videt, & his maturè prospicit. Hác viam quisquis circunspectè ingressus fuerit medicus laudē sine inuidia sibi cōparabit, & amicos vbique pares. Nā salutarē curationē, vt habet Hippocrates in suis prę sagijs, imòverò prę cautionē, & futurorū morborū præuisionē, vt ille idē i libro de aëre locis & aquis testatur, in oībus, & per oīa adhibebit. Qui studiose (inquit) rimatus fuerit tēporis, ac anni futuri cōstitutionē, prædicere tutò poterit, qui morbi cōmuni affectiōe ciuitatē sint iuasuri tū ę state, tū hyeme: & quę cūq; pericula vnicuiq; timēda, nō minima artis suæ gloria. Verū enimuero (inquiet aliquis) vnde hæc noua prædicendi & medicādi methodus? aut vbi à principibus medicis Hippocrate & Galeno scripta? vel probata? Tametsi longū esset loca singula proferre quæ hisce de rebus adnotātur apud

Prudentia quæ & prouidentia in rebus omnibus optima.

antiquæ medicinæ uenerandum magiſtrum Hippocratem, nihilominus, ut guſtũ aliquem curioſis exhibeam, vnum, & item alterũ exemplum ex hiſtoria uulgarium morborum deprõptum huc proferre nõ grauabor. In Thaſo (inquit) Autumno circa Aequinoctium, & ſub uergilias pluuiæ erant multæ, continentes, lenes, ut cùm ſpirat Auſter. Hyems auſtrina, parui uenti aquilonij, ſimiliſq́ue ueri omnino fuit. Ver auſtrinum, frigidum, parum pluit: Eteſiæ paucæ partim ſpirarũt. Subdit deinde, ac colligit. Cùm eſſet autem totus hic ſtatus auſtrinus & ſquallidus, ante uer ex priore cœlo qđ huic aduerſariũ fuerat, aquiloniumq́; paucos ardentes febres, &c. & alibi. In Thaſo ante autumnum, frigora non tempeſtiua, ſed repentè ſpirante multùm Aquilone, & Auſtro humida, & ante tempus coorta ſunt. Hæc autem durabant uſque ad uergiliarum occaſum, & ſub uergilijs. Hyems aquilonia, imbres erant multi, largi, magni, niues, mixta ſuda plurima. Atque hæc habebat omnia, frigora uerò non admodùm erát intempeſtiua. Iam uerò poſt brumale Solſtitium, & ubi fauonius ſpirare cœpit, aſpera erat extrema hyems, Aquilo multùm ſpirabat, ningebat, pluebat multùm & continenter. Cœlum procelloſum, atque nubilũ, quæ durauerunt, nec remiſſa ſunt ad æquinoctium uſque &c. ſubdit. Cùm totus fuiſſet humidus annus, & frigidus, & aquilonius, per hyemem ferè commodè habebant. At ſub uer, multi, adeoq́; plurimi laborabant. Primùm igitur cœperunt lippitudines manãtes, dolorificæ, humidæ, crudæ, &c. Porrò, & alio loco. In Thaſo paulò ante Arcturum, & ſub Arcturo, multi & magni imbres ſpirante Aquilone. Circa Aequinoctium, & uſq; ad uergilias auſtrini imbres parui

Prima tempeſtas. Lib. 1. Hipp. de morbis vulgar.

Secunda tempeſtas. Lib. 1. Hipp. de morbis vulgar.

Tertia tempeſtas Lib 1. Hipp. de morbis vulgar.

parui & modici. Hyems aquilonia, frigidi uenti, magnæ niues. Iam sub æquinoctiũ, frigora maxima, uer aquiloniũ, squallores, pluuiæ paucæ, & frigidæ. Circa Solstitium æstiuum, imbres pauci, magna frigora usque ad Canem. A Cane, ad Arcturum usque, æstas calida, æstus magni, non illi ex interuallo, & sensim crescentes, sed perpetui, uehementesq;: non pluit, spirauerunt Etesiæ. Circa Arcturum uerò, pluuiæ ad æquinoctiũ usq; uernum austrinæ. Hac in tempestate hyeme paraplegiæ cœperunt, multosq; corripuerũt &c. Rursum alibi. Annus austrinus, pluuius, à uẽtis in totum silens: cũ superioribus tẽporibus squallores præcessissent. Sub Arcturũ flante Austro multũ pluit. Autũnus umbrosus, nubilosus, largè pluit. Hyems erat austrina, humida, & lenis: multò post Solis reuersionem, circiter æquinoctiũ aspera erat extrema hyems: & iam sub æquinoctium, Boreas spirauit, & ninxit non ita diu. Ver rursum sine uentis, pluit multùm & continenter ad Canem usq;. Sub arcturum rursum spirãte Borea, multùm pluit. Deinde sic colligit. Cùm esset totus hîc annus austrinus, humidus, & lenis, per hyemẽ quidem salubriter egerũt, præter tabidos. Ante uer, &c. Vides optime, quãtùm rerum omnium bonarũ nobis parens ille Hippocrates, aëris cõstitutiones, & tẽporum statas, fortuitasq; tẽpestates, in morbis, & illorũ prædictione, præcautione itẽ, ac curatione, probauerit. Præterea, quàm fuerit sedulus rerũ cœli perscrutator, & emergẽtiũ, labentiumq; syderum obseruator accuratus, qui, & Vergilias, & Arcturũ, & Canem adhæc Solstitia, & æquinoctia, & syderum quæ illorũ statũ uel regunt, uel fouent, uel excitant, non tam noscere, quàm alijs (si noscantur) usui maximo esse iudicauerit. Omittã

Hippo. Lib. 3. de mor. vulg.

Hippocrates rerũ cœli studiosus ac peritus.

quæ in libris de aëre, locis, & aquis, in lib. de flatibus, de uictus ratione, de octimestri partu, de carnibus, de insomnijs, & alibi passim tam de stellis, quàm planetis inculcat. Quãquã illius seculo aliquid cõdo natũ uelim, in quo res cœli suã adhuc infantiã habebãt. Nã lõgè uixit ab ętate Clau. Ptol. qui primus & res cœli, & motus cœlestes in harmoniã redegit: cœlestiaq; philosophicis: ac medicis cõciliauit. Cui, tametsi Galenus σύγχρονος fuisse cẽsetur, (uterq; eñ sub Antonino & Traiano floruit) nihilominus multa in suis cõmẽtarijs, quæ ad Mathematica attinebant, de industria omittere nõ tã uoluit, quàm coactus fuit: quẽadmodũ multis in locis nõ sine iureiurãdo profitetur. Ex quibus, hîc unũ ne prolixior fiã, proferre satis erit. Testis est mihi Deus (inquit) me nõ hîc modò, uerũ etiã in multis alijs meorũ Cõmentariorũ locis, sponte demõstrationes quãplurimas omisisse, aut Astronomię, aut Geometrię, aut Musicę aut alterius cuiusdã speculationis: ne medici libros meos penitus auersarẽtur. Quin in omni uita (inquit) millies id mihi cõtigisse sum expertus, ut qui iucũdè, & libenter mea cõsuetudine uterenẽ, postq̃ me quoq; in Mathematicis uersatũ cognouerũt, mihi insultabant, neq; ampli⁹ meo cõsortio admodùm delectabãtur. Hacte nus ille. Ex cuius uerbis, nisi me aliò uocaret ĩstitutũ, & crabrones (ut est in puerbio) irritare pertimescerẽ colligere mihi liceret multa, quibus uolẽs libẽter supersedebo: satis superq; suasus, Galenũ rerum cœli & naturæ peritissimũ, supra modũ timidũ fuisse: & nescio an etiã pusillanimũ ea ĩ re, dicere illũ debeã: qui pluris fecerit familiaritatis, quàm ueritatis nomen. Quãq̃, de cœlo & stellis quędã alibi emisit: ut cõmentarijs in historiã morborũ uulg. tertio de dieb⁹ decret.

Claud. Ptol. & Clau. Galenus.

Galenus li. 10. de vsu et natura partium corporis hum.

Vbi de cœlo & stellis scripserit Galenus.

cre.de usu partium, de natu.hu.tertio aphor.de mēb. cōpag.de spermate, de infirmorū decubitu: & alibi. Sed hæc (quòd ad hūc locū attinet) erūt satis: quibus degustatis, ad se, opinor, redibūt curuæ multorū in terras animę, & cœlestiū inanes: à q̄bus uenerāda rerū cœli philosophia: quā ne de limine quidem saluta rūt, perinde irridetur, ac si nullū cū medicina cōmer cium prorsus haberet, & nequaquā illi uspiā subscri beret. Cōtra ueterū omnium, atq; adeò Hippocratis, Galeni, & Ptolemæi inexpugnabilia testimonia, de quibus abūde suprà. Deinceps itaq;, astronomiam & medicinā, ac si sorores essent, indissolubili uinculo colligari prudēter existimabis, sed ita tñ, ut illa, quid futurū sit, doctis, & peritis præmōstret: hæc uerò q̄d facturū. Quæ omnia, ut facilius rursum, imò tertiò & quartò intelligas, intellectaq; pro ueris, & cōfessis posthac habeas, historiam unā uiris fide & doctrina multiplici spectatissimis, ac mihi imprimis amicis cognitam & probatam, hîc tibi describere nec grauabor, nec detrectabo.

Astronomia & medicina sorores indiuiduæ.

ASTRORVM peritiam, cum physiologicè, prophylacticè, prognosticis, & semeioticè, partibus medicinæ non ignobilibus cōuenire: ubi de Fato: & quid, quantumue poßint in humana corpora, cœli ac stellarum decreta paucis dißeritur.

CAPVT XII.



OGATVS plus millies à multis summis & eruditis uiris, ut unam, atq; alteram historiam eorum quæ paßim de cœli themate (quod ad morbos attinet) circunferuntur, scriptis meis aliquandò assuerem: oborta hîc occasione, precium operæ

facturum me putaui, si illis hunc in modum utcumq; obtemperarem. Paucis antè annis, redierat ex Italia adolescens quidã, Græcè iuxtà, ac Latinè non illiberaliter institutus, & mihi imprimis amicus, Is, ut erat rerum cœli studiosus, oblato natali cuiusdam cœlo, quod secũ im paruula scheda perferebat, amicũ utrique nostrũ (qui tum me fortasse inuiserat in eruendis, explicãdisq; astrorũ decretis pro sua ætate ad unguem factũ, necnõ medicinæ peritum, per illud sanctum & uenerabile amicitiæ numẽ, magis quàm aut uellet, aut pateretur, anxiè sæpenumero rogauit, ut quid in infirmitatũ apotelesmatis ex natali illo schemate sentiret, uideretur seriò, & ex animo depromere dignaretur. Quod cùm detrectaret, atq; ad eos qui talia profitentur, non sine apposita præfatione relegaret: precibus magis atq; magis solicitatus, ut fieri solet, tandem eluctatur. Accipit itaq; cœlestem figurã sanèquam accuratè, ut uidi elaboratam, & fideli calculo concinnatam, nam patrem adolescens ille (si nescis) & medicũ, & mathematicum præstantissimũ habuerat. Quid tum? ibi omnia din defixis oculis intuetur, sed Lunã imprimis, quam temperaturę corporis, & eorũ quæ circa illud accidunt (maximè in morbis) ducem ac moderatricem ubiq; cũ Ptolemæo statuit Galenus. Hãc, quia ab inauspicato cõtubernio Martis, octaui loci ab Horoscopo hospitis, ad Saturni tetragonismũ: aut si uis, quadrãgularem aspectũ, de cœli culmine exactè ferri uidet (qui Saturnus sextũ cœli templũ morbis deputatũ, in humido signo obtinebat, Martisq; cõsors in mortis & morborũ decretis erat) & Iouem malorũ propitiatorem, de minaci radiatione à Saturno, in deiecto loco, nimirũ duodecimo pulsari (nimiùm ibi ualẽte beneficæ Veneris salutari

Historia infirmitatis alicuius vera & certa.

Cælestis figura ratio, pro infirmitate cuiusdam.

tari ſpiraculo, ad iſtorum furioſas furias temperandas, niſi quòd Horoſcopum, & Solem benignè, ſic ſatis, intuebatur, ſedulò admonet, eum cuius talis eſſet geneſis, aut cui natale cœlum ſic affulſiſſet, grauiſsimis morborum periculis, (ſiquidem ſuperſtes eſſet) obnoxiũ fore, & maximè fluxionibus, in thoracem & pulmones, parteſq; capiti ſubiectas, clàm deerrantibus: quibus, niſi maturè de conſilio periti ſsimi alicuius medendi magiſtri proſpiceret, periculum eſſe ne tabidus aliquis affectus partium reſpirationi ſeruientium tandem ſuboriatur. Quo ſequẽte, neglectis medicorum auxilijs, certiſsima mors certò intentari poterit. Sic fuit ratio. Saturnus, Ptolemæo & Galeno planeta infelix, de pluuioſo ſigno locum infirmitatum calcans, & Lunam fabricæ corporis dominã pernicioſis radijs, à Marte receptus, grauiter oppugnans, efficitur congerendis humoribus longè ualentiſsimus: quos à Luna in humido ſigno conſtituta, ueluti à puteo quodam exundantiſsimo eſt hauſturus: auxiliares manus, ob ſignorum permutationem, & locorum familiaritatem, etiamnũ præbente Marte. Vnde deſtillationes ſenſim, ob pigram & tardigradam Saturni naturam erumpentes, expectandæ erunt: idq́ue è ſummo, hoc eſt à capite, cum ob Lunam cœli faſtigium tenentem, tum etiam propter Martem infirmitatis, ut dictum eſt, conſortem in altitudine ſua poſitum. Cęterùm, ſtillicidium hoc (inquit) de Lunæ, ut ſic dicam, manibus, cerebro cõmiſſum, & à Saturno planeta frigido, quaſi de ſpongia indidem expreſſum, penetrabilius & exitiale magis atque magis reddet, ignea Martiæ ſtelle natura, hoſpiti, iure ab eodem Saturno ex inſana furioſa facta: Vnde & hepatis calorem augebit, ex quo maior

Pulchra & merè philoſophica ἰατρομαθηματική

Mira rerum medicarum cũ cœlo harmonia.

fiet ad tollendos in cerebrũ noxios uapores accesſio:
ſanguinẽq;,ob deiectũ & lãguẽtẽ αἱματόωσιν Iouẽ,fer-
mẽtabit:acuet ac extimulabit: qua ex re διαῤῥύσεως ma
gnũ erit periculũ. Addẽdũ,ait,quòd ille idẽ Martis
radius,quouis igne rapacior,intactã pituitã nõ præ-
termittet, nã & illã exacerbabit, & ut ſalſa , mordax
atq; rodens euadat,quaſi felle quodã ſuo, longè lateq;
etiã cõdiet:molieturq;,cõſpirante Saturno,ut ex his
omnibus talis cõmixtio fiat,taliſq; fermẽtatio elabo-
retur,& ſtillicidiũ ipſum eò furoris perueniat ut ul-
ceret,erodat,& tãdẽ perdat(nõ ſolùm partes in quas
decumbat,ſed etiã quidquid ſucci,& humidi alimẽti
in corpore erit reliquũ.Ex quo mirũ uidebitur, niſi
etiã in carniformẽ, ut loquutur medici , ſubſtãtiam
graſſetur:fiatq; hectica paulatim depaſcẽs & uitalẽ oĩ
ex parte calorẽ depopulans atq; exhauriẽs. Hæc cùm
amicus ille noſter nónihil cõmotus audiſſet,uide,in-
quit,uir optime,quid pronũties:nã hęc fati mei uera
eſt tabella,hoc natale meũ cœlũ.Quæ uox, cũ ſilẽtiũ
ſimul & dolorẽ,ĩterpreti amico ex tẽpore indixiſſet,
nullũ uerbũ amplius addere proponebat, niſi multò
acrius ille inſtitiſſet,bonoq; animo ſecũ eſſe iuſsiſſet:
Mirũ Chriſtiani adoleſcentis exemplum. dictitãs ſe ex eorum Chriſtianorum militum eſſe nu
mero,qui quoties imperatori uiſum eſſet,aliò immi-
grare libentiſsimè ſuſtinerent : Adiiciebat, ſe oĩa ſe-
riò ſcire percupere,ut cõſilio,pręcautione,remedijs,
& ope cùm humana,tũ diuina,ſibi maturè proſpice-
ret,ac uiatico parato ſarcinas in tempore colligeret.
Quẽ ex animo loqui cùm ipſe obſeruarẽ, uigilantiã
Chriſtiano adoleſcente dignam, ut laudaui,ita pru-
dentiæ nonnihil ibi deſideraui. Oſtendi quicquid
aſtra de nobis pollicerentur,id totũ in humana poſi-
tum eſſe coniectura:Nam aſtrologorum, medicorũ,

nautarum, & agricolarum ars omnis, ut apud Ciceronem Quintus frater loquitur, opinabilis eſt, & in coniecturis poſita. Cogita, inquã, imò uerò tibi certo certius promitte, ſidera ipſa nullum malum nobis facere poſſe, ſed & nequire, quia nolunt: uelle autem & poſſe, apud cœleſtes idẽ eſſe, tuus te docuit Plato. Qua ratione, amabo te, inquã, nos ſummi Dei filios lædent, qui à ſummo bono unà cum illis originẽ traximus: An æquum cenſebis, fratres fratribus obeſſe? Quòd ſi ſecundus & terreſtris hîc pater, tantùm diligit filios ſuos, qui cõparatione cæleſtis, uix ſemipater dicendus eſt, quantùm primũ illum, & uerum cœli ac hominis parentem nos amare exiſtimabis? Ergóne lædemur ab his qui cõuiuunt in domo patris noſtri? patietúrne ſuos filios pater, quorum gratia cœlũ ſtellarum domicilium præſtantiſsimũ fabricauit, detrimentum à prouidentiæ ſuæ miniſtris ullũ accipere? Caue, Huldrice, caue, inquam, ſi meus eſſe uoles, ne poſthac quicquam ſiniſtri de cœlo & ſtellis in animũ inducas tuum, nec aſtrorũ decreta tanti facias, quanquàm omnino negligere te nolim: quæ quia magnifacis, ideo times. Probabilia (inquit) adfers Mizalde, propriis oculis mihi charior, ſed quorſum igitur poëtæ, rerum cœli & naturæ peritiſsimi, fatũ inclamãt ineuitabile, inexpugnabile, ineluctabile, irreuocabile, & inextricabile? Quod equidẽ, cum recentioribus multis, antiquiſsimus ille Mercurius uerè Trimegiſtus (quẽ Lactantius, & diuus Auguſtinus inter Sibyllas & Prophetas adnumerandum cenſent) nihil aliud eſſe uult, quàm ſeptem planetarum, quos mũdi rectores inſtituit dominus, decreta: quæ idem tuus & idem noſter hîc Iolainus, ſcitè admodùm ex meo Genethliaco mihi palàm hodie fecit. Bene inquam

Pulchra de ſtellarum decretis diſputatio.

Elegans de fato commentatiumcula.

& bene, sed heus tu, num aliquãdo apud eundẽ Mercurium in Pimandro etiam legisti, humanam mentem omni fato superiorem esse? uirosq; rationales, quibus Deus illã, ceu currus corporei aurigam dedit: non eadem modo quo cętera animantia fato subijci? Certè prudens, qui uera Dei est imago, non solùm fato, sed & cæteris rębus uniuersis dominabitur. Fato, inquit poëta, prudentia maior: cui subscribit Ptolemæi plebeium hoc, (nam aliter sonant Græca) sapiens dominabitur astris. Dubium nõ est, quòd astrorũ decreta neminem condemnant, ut quæ prætoria non sint, nec homines, ut pareãt, ullo modo cogunt, quamquàm propensionem quandam infundere, & afflare: obstinatè tibi negatum nolim. Pręterea, non existimabis, omnia à supernis causis, significata uel promissa, in res humanas rectà deriuare, quasi inuiolabili edicto, ut nulla alia ratio, seu uis, quin ita grassentur obsistere posit. Nam ab antiquis didicisti, quòd in augurijs. auspicijsq;, multa per aues portendebantur, quæ nec per illas agebantur, nec ab illis emergebant, nec ut fierẽt, homines ullo modo cogebant. Maximè, inquit, unde me Plato in Timeo docuit, stellas nullo modo quidquã facere, sed prænuntiare tantùm, ac significare. Hinc Hebræorum sapiẽtissimus Legislator, in signa positas esse scribit: non quidem omnibus, sed his duntaxat, qui ratione illa assequi possunt. Porrò, quid quòd Trimegistus meus, in Pimãdro, me cõmonefecit, humanũ animũ negligere nõ debere, quæ fatũ intentat? Quid quòd tuus Ptolemæus dixit rerũ cœli peritũ, multos stellarum effectus posse auertere, si se aliosúe ante illorũ aduentũ præpararit? Quæ sententia pro me quantũ faciat, propiùs, si placet, expende. Certè si stellarum, mea-

Quid et quã tũ in nos possit cœlum.

Aphor. 5.

mearũ natalitiarũ decreta, antêquàm accidăt, ceu de ſpecula præuidero, ſi minùs illa amoliri, ſaltem præmollire vtcũq; potero, meq́; ad eorũ aduentũ cõſtanter excipiendũ opportune cõponere. Quare ne incautus opprimar, ſi rem gratiſsimã mihi ex animo tibi amico, es facturus, imò verò quia facturus, ſublata omni iſthac diſputatiõe, permitte, obſecro, vt noſter hic ὀυρανογνώμων Iolainus, morborum meorũ prognoſtica ex natalibus ſtellis, aſtronomicè ac modicè, vt cœpit, abſoluere ſatagat. Quid tandem? hîc obſtinatè illum operam dare cùm videremus, omnia vt ſeriò intelligeret, propoſitum fuit. Itaque ad phyſiologiam & ſimeioticen, medicinæ, & aſtronomiæ partes non ignobiles, commodùm diuertimus: corporis habitum in primis cum totius tẽperamẽto excutiẽtes: deinde ad vitæ, & victus rationem cùm præſentẽ, tum præteritam, ad aliaq; multa artem vtranque ſpectãtia & mentem & oculos conuertentes. Paucis deprehendimus in adoleſcente caput ſupra aliarum partium iuſtam ſymmetriam enorme, & cum oblongo collo, thoracem plus æquo anguſtũ: quæ in Phthiſim, aut tabem procliuis hominis vera ſunt ſigna, necnon ad excipiendas, reddẽdasq; fluxiones, organa ſanequàm appoſita. Dicimus inſuper ἀγρυπνίαν in multam quandoque noctem illi familiarem eſſe, fuiſſeq; : cum inexpugnabili in ſomnum propẽſione, ſtatim à menſa, neglecta ſuo tempore cum animi, tũ corporis omni exercitatione: ex quibus quãtus cruditatum, vaporum, & effumationum fiat prouentus æſtimandum relinquebamus. Hæc, & item alia multa (quæ prudens omitto) cum ſuperioribus, verè ἰατρομαθηματικὰ, hoc eſt medica aſtronomicis cõiũcta, cœleſtibus decretis ſubſcribere cùm intellexiſſet, atq; admodùm probaſſet: agite (inquit) amici, quando hucuſq; progreſſum eſt, de tempore iſti infirmitati dicto, niſi aliud vos diſtrahit, ex peragra-

Hæc videant Iatromathematices ſtudioſi.

Magna rerũ cœli vtilitas peritis & prudentibus medicis.

tionum arte, quas vester Ptolemæus περιπάτους nuncupat, aliquid (obsecro) pronuntiate. Breuis erit historia: hîc directionum, vt vocant, abacum, quéadmodum ars exigit consulimus: ostendimusq́; septimum mésem post quartum & vigesimum annum à natiuitate, morbum illum promittere: sed qui mitissimus esset futurus, si adhibitis in consilium peritissimis medicis, sibi præcauendo prudenter prospiceret, victusq́;, ac vitæ rationem aliam â priore sibi institueret, bonoq; animo ac infracto esset. Quod se facturum cùm libenter recepisset, non sine luctu & lachrymis, patriam breui post tempore reuisens, nos dimisit. Quid prætera? duobus abhinc annis, supra méses aliquot, ecce literas ad nos scribit, quibus significat se hæmoptysi, tabis prȩludio, correptum, malè decũbere, atque sibi pessimè formidare: nã decretorijs ex calculo præsagijs, tempus illud respondebat: hinc nos, hinc grauiter casum miseramur amici. Rescribimus, monemus & hortamur, amicum ne despondeat, qui multùm in re mala valet, seq́ue non neglectis humanis præsidijs, totum, quantus est medicorum summo, sine quo est omnis medicina venenum, tutissimè cómittat. Addimus morbum ex eorum genere esse, quos sine periculo χρονικοὺς nuncupant: quàmquam re vera aliter sentiebamus, dicam paucis: rescribunt amici, rem seriò inualescere, hoc est morbum radices altius in dies defigere: proinde præcari, vt fratres in fratris negocio non defatigemur. Quid facias? aut quid (obsecro) amicis neges honesta petẽtibus? obsequimur, authores bonos excutimus, decreta natalium stellarum iterum percurrimus, anni conuersionem exploramus, missam ad nos decubitus horam cum sua cœli facie obseruamus, præsentem anni tempestatem ac futuram animaduertimus, aliaq́ue nó pauca cœlestis philosophiæ præcipua in eam rem capita consulimus:

Amicus bonus, consultor optimus.

mus: quæ cùm Martium mensem de omnibus fatalem illi minarentur, & medicorum placita, atque adeò vnius Hippocratis, inclamantis ver tabidis perniciosum, subscriberent (tanta est cœli cum medicina harmonia) illico amicis rem eam literis indicamus. Quid tum? tristissimo huic prognostico, ô fata, suus luctuosus non defuit euentus: qui vtinam tam vanos & falsos nos habuisset, quàm veros reperit. Itaque sub finé Martij quo tempore Sol crisis eius moderator (ná chronicus seu longus erat morbus) primũ tetragonum loci, in quo fuit decubitus hora, attigit (vt in eam rem alia multa taceam) præsentibus amicis fœliciter in Christo obdormijt. Hæc sunt quæ, vt amicorum quotidianis efflagitationibus acquiescerem, hîc scribere visum fuit. Ex quibus, rerum cœli & medicinæ candidati, ad similia perscrutanda, fenestram sibi apertam habebunt, facilèque in posterum intelligent, quid commercij & societatis secum vbique gerat, astroru peritia, cum rebus medicis. Adhæc, quàm legitimum sit Aesculapij & Vraniæ coniugium à nobis alio libro scriptum & demonstratum. Quod tum sanè dissoluédum arbitraberis, cùm Apollo ipse, aut, si mauis, Phœbus, medicinæ parés & autor, in cœlo (quod medicas materias vegetat) esse, ac lucere desierit.

Magna cœli cum medicina harmonia.

FINIS planetologiæ Antonij Mizaldi Monsluciani.

1550.



ANTONII MIZALDI MONSLVCIANI SATYRICA DE Μυσογάνοις EXPOSTVLATIO: QVAM DVM SACRIS VRANIAE HAVD ITA pridem initiaretur, præcipitauit, veriùs, quàm elaborauit.

S.

Satyricũ exordiũ & abruptum.



COELVM, ô terra, ô maria Neptuni. Si humanũ corpus theatri cœlestis imaginem pulcherrimam circũfert? si dies & noctes cœlorum agitationi subiicitur? si ad imitationem cœlorum cõditum est? si eadem diuinitatis substantia, & cognationis ope, seu simile, à simili modificatur & viget? si animorum origo, si prima hominis formatio est verè cœlestis? si post cœlorum vsqueadeo venustam fabricam, vnus homo à Deo Optim. Maxim. erecta sursum facie, & patẽtibus ad astra oculis solus de omnibus mundi animantibus est æditus? Qua impudentia

ὀμυσγεάνοι. Gygantes irato cœlo nati, audetis rerum cœli, nõ dicam peritiam, ſed & contemplationem vni homini inuidere? & (quod certè dolẽdũ magis) interdicere? Quid hoc eſt, niſi mera inſania eſt? Epicuri de grege porci, inter ſpumãtes pateras, & ſuauiter fumãtes lances diſtento pingui aqualiculo obgãniunt (ſi dijs placet) cœlorũ hiſtoriã cum ſuis rebus fabulas olere: ac cœleſte illud theatrum omni admiratione ſuperius, inutile eſſe? ô talparum humi perpetuò defoſſarum cæca pectora? ô inutilem gregem? ô naturæ horrendiſsima monſtra, ferro & igni perdenda? quibus videre, nedũ intelligere prorſus negatũ eſt, mentì diuinæ propinquiſsima illa corpora, lumen amœniſsimum, & vitã caducis mũdi rebus quotidie accẽdere. Quę quorſum, (obſecro) cœlo quã eminẽtiſsimo, quod omnia quidẽ tegit atque cõplectitur, miro ordine, meatibúſque indefeſsis ferrẽtur, niſi mũdo ſublunari aliquid quotidie irradiarẽt & inſpirarẽt? quod tũ ſe prodit, cũ res ipſę in lucẽ, quæ vita dicitur, exierũt. Quæ radiatio cũ ſuo ſpiraculo, quia à poſitis cœli & terræ fundamẽtis cõtinua fuit, & ex aſſuetudine niſi à doctis, & bene natis neglecta, vel ſaltẽ parũ animaduerſa, ideo ab iſtis in naturã quã rerũ omniũ parẽtẽ faciũt, vulgò reijci ſolet ac ſi natura & cœlũ pugnarẽt: & Sol, vt ſcripſit philoſoph⁹, & planta, plãtã nõ gignerẽt Ναὶ iſti perinde atq; Vpupæ & Scarabei in fimo & ſtercore pepertuò verſantes, ſacrilega cogitatiõe ſibi perſuadẽt, cœlos, opera manuũ Dei in tã ſtupẽda rerũ mũdi multitudine ocioſos eſſe, quos Ariſtoteles diuinorũ corporum, quæ ſidera appellat, plenos eſſe, ad Alexãdrum regem & diſcipulum, ſcitè admodùm ſcripſit ad eoſqúe numeros quotidie moueri, quos Deus cœleſtis chori venerandus magiſter, & mũdi totius Coryphęus, καὶ οὐρανοβάμων, auſpicando ſua illis modulatur benignitate. Velim mihi dicant iſti, vel potius pro illis mihi reſpondeat alter,

Epicurei de reliquis omnibus, & Dei, & rerum cœlioſores ſceleratiſsimi.

Cœleſtiũ corporum motum & aſpirationem inutilẽ ocioſamq; non eſſe.

factũ né fortuito sit, quòd homo inter omnes mũdi animãtes, solus erecta corporis figura, & ab omni deiectiõe aliena viuat ac spiret? nequaquã: quin potius vt cœlũ (sic instituente diuina prouidentia) prima oculorum apertione, rectà, primóque intuitu aspiciat atque illinc conceptos cœlestes igniculos, & antiquum suum hospitium agnoscat: in quo, si hęsitant proferre nihil cunctabor Nasonis elegãtes ea de re versiculos.

Cur homo erecta ad cœlos facie creatus & genitus.

Pronaque cùm spectent (inquit) animantia cætera terram:
Os homini sublime dedit, cœlumque videre
Iussit, & erectos ad sidera tollere vultus.

Lib. I. Meta.

Hæc si minus isti recipiũt: dicat pro illis quispiã, q̃d est q̃ ineffabilis ille δημιουργός, ambobus oculis sedẽ in capite eminẽtiore corporis parte, potius addixit, quã ĩ thorace, vẽtre aut pedibus? respõdebit, opinor, q̃ vnũ hoĩem quę sursum sunt, nõ quę supra terrã, omniũ maximè sapere vellet: oculorũq; radios, cœlestibus radijs affines, in cœlũ antiquã patriã, & beatorũ sedẽ cõuertere. Quod Gręci nomẽclatores innuere mihi vidẽtur, ἄνθρωπον, ἀπὸ τοῦ ἄνω, καὶ τρέπεσθαι nũcupãtes, ac deducẽtes: hoc est, à cõuersiõe oculorũ ad superiora. A qua sententia, nõ longè recessit Milesius Thales, vel, vt alij tradũt, Clazomenius Anaxagoras: qui aliquãdo interrogatus, ecquid natus esset, vt cœlos, (inquit) intuear, & quò me pedes ferre minus possunt, eò, visu saltem, & cogitatione perreptẽ. Nec multũ abfuit Plato, scribens hominibus oculos in erecto corpore datos fuisse, vt duces ad Dei agnitionẽ essent: viso cœli lumine, & cognitis motuũ cœlestiũ legibus. Quorũ pręsidio, papę: quãta voluptas nõ modò terras & maria, sed & sidera ipsa cognatósq; cœlos pererrare? & celeri impetu per tenuissima queq; aeris spacia ferri? labẽtesq́;, & emergẽtes, necnõ mediũ itineris sui cursum tenẽtes cũ planetis cœlestes imagines, ac alia pleraq; intueri? Quo tandẽ gaudio stolidũ, &

Hominis pulchra ἐτυμολογία.

Cur hominibus dati oculi.

fruges

frugesconſumere natũ pecus hoc Epicureũ, affici credat eos, qui cũ his curis, imò verò cũ meris & ſolidis hiſce gaudijs pernoctãt? interea dũ vino, aleę, ſono, furto, calũnijs & homicidijs ſeſe perditiſsimè dedit ac veneri (ne q̃d fœdius dicã) impia ſacra facit. Neſcit, ita me deus amet, neſcit mens caducis mũdi ſordibus obruta, omnia quæ vaſtiſsimus cœli circũflexus capit admirationi, ſpectaculo, ſignificationi & vſui ĩprimis dicata eſſe. Idq; inuiſibilẽ & ſapientẽ rerũ omniũ cõditorẽ maximè voluiſſe: qui in tãta operũ quę ędidit varietate, vnũ hoĩem ex oĩbus animãtibus ſermonis & rõnis capacẽ, paululũ ſupra terrã (hinc inde ſuperſtrato cœlo) rectũ collocauit: vt ſurſum deorſumq; ſpectãdo haberet quod admiraretur, quo vteretur, à quo ſigna exciperet: preterea, in quo ſe oblectaret, oblectãdo miraculorũ tantorũ authorẽ agnoſceret, agnitum amaret, amando frueretur, & fruendo vitam ęternã poſſideret. Animus certè rerũ cœleſtiũ ſtudijs addictus (propterea quod diuinũ neſcio quid habẽt, imò verò dei oĩpotẽtis gloriã planè enarrãt) ea cõcupiſcere nõ põt quæ ſunt vitia: non illicitis diſtringi curis: tãtũ id q̃d' pulchrũ eſt affectãs, quod purũ eſt amplectẽs, quod diuinũ ſapiẽs, & immortalitatis ardore, quod mortale eſt, ac periturũ, cane peius, & angue prorſum fugiens.

In ſtudio rerũ cœli, voluptas ſumma.

Vtilitas ſtudij & cognitionis rerum cœli.

Lib. 1. Faſtorum.

Fœlices animæ (inquit Naſo) quibus hæc cognoſcere primũ,
Inque domos ſuperas ſcandere cura fuit.
Credibile eſt illos pariter vitijſque, iocíſque,
Altius humanis exeruiſſe caput.
Non Venus, & vinum ſublimia pectora fregit:
Officiumque fori, militiæue labor:
Non leuis ambitio, perfuſaque gloria fuco:
Magnarumque fames ſollicitauit opum.
Admouẽre oculis diſtantia ſidera noſtris:
AEtheraque ingenio ſuppoſuere ſuo.

Sed auida nescio quæ rerum interiturarum cura, à tam præclaro studio, tam diuinis lucubrationibus, & vtili cogitatione, quàmplurimos ineptissimè auertit: externę cuiusdam beatitudinis opinione: qua imbutus, atque etiam immersus animus suopte nutu sideris: quo tãdem modo existere, ac cœlũ suspicere potest? Scipionem fingit Cicero corpore in sublimem aëra traductum, quo loco cõfinia sunt cœli: & vbi cum maribus omnibus terra iam vanescit: illincqúe mundi vastitatem intimius perspicere, ac omnes mortales insanos clamare, qui rerum mũdi inferioris quidquam admirantur: cùm id solũ quod sursum est magnum sit, & spectaculo imprimis dignum. Ergo, terq;, quaterq; miseri cẽsendi sunt, quos tam iucunda contemplatio nõ oblectat, nec eximia hæc Dei & naturæ sursum lucentia miracula nullo modo permouent, & excitant. Stultum pecus est (inquit Plato) non homo, quicũque astronomiæ studio non tenetur: cuius neminem nisi Deum, authorem & repertorem faciũdũ puto. In qua heresi totus est Marcus Manilius in suo Astronomico ad Augustum Cæsarem: vbi negat potuisse fieri, vt res tam procul à nobis disitæ, à quoquam mortaliũ deprænsæ fuerint, sine demonstratione aliqua diuinitus oborta. Deo itaque charus est, & vt ille idem canit.

Quid pleros que auertat à studijs rerũ cœlestiũ.

Tullius in somnio Scip.

Deus astronomiæ vt rerum aliarum author.

Felix, qui ad sidera mittit
Sidereos oculos, propiusqúe aspectat olympum:
Cognatamqúe sequens mentem, se quærit in astris.

Quæ si sunt, vt re vera sunt, quid est quòd ad se non redit hoc ἔτωσιον vt cum Hesiodo loquar, ἄχθος ἀρούρης? Quid est quòd sterilis hæc hominum seges paulò altius, quàm ad cellas vinarias, granarias, pecuniarias non transit, ac peregrinatur? In quibus, quia dormiens vigilat, & vigilãs dormit, esuriens saturatur, & exsaturata esurit: nihil, nisi quod paruum est, mortale, & planè contemptibile admirari

Præpostera multorũ mortalium cura.

rari poteſt: omnia magna exiſtimans, quia nihil maius nouit. Sed omiſsis μυσουράνοις ad φιλουράνους ſermonem conuerto. Hîc itaque te appello οὐρανοφύτευτε φιλούρανε, Hîc te inclamo animal uerè cœleſte homo: qui cùm cœlos quotidie in imagine parua tecum circunferas, cœleſtia ſapere perge, Eĩa, cœleſte domicilium tuum perluſtra: & patentibus oculis uenuſtiſsimam æquè ac uetuſtiſsimam diuini operis fabricam, ſtellatis gēmis pretioſiſsimis decoratam intueri, ſi minus cœpiſti, ſaltem aggredere: ſat citò, ſi ſat bene. Illinc, mihi crede, commoda magna feres. Nam cœleſtium rerum contemplatione, ceu diuinitatis recordatione, à ſordidiſsimis rerum humanarum curis, & corporeis nexibus, tete exolues: ac mortalitatis huius commodis excuſsis, ad immortalitatem fœliciſsimè traduceris. Deinceps, iſta hominum, quid inquam hominum? imò uerò beluarum monſtra deride, & contemne: quæ te non ſolùm tranſuerſum agere omnibus modis ſatagunt, ſed etiam cœlum proprijs uiribus (ô ſcelus) ſpoliare, & nugaciſsimis calumnijs impetere antiquiſsimumq́; philoſophorum, regum, ſacerdotum, & patriarcharum ſtudium abolere pertentant. Audi potiùs Iulium Firmicū, uirum in cœli hiſtoria ſummum. Quum ſimus (inquit) cum cœlo & ſtellis, non parua cognatione iuncti, non debemus eas ſacrilegis diſputationibus, & calumnijs, proprijs priuare poteſtatibus: quarum quotidianis curſibus, & reformamur, pariter & refocillamur. Valebunt itaque in poſterum, & ad furcas tibi amandabuntur Epicurei omnes, cum ſuo porcorum grege: qui nec cœlum probant, nec illius inexplicabilem uim, & pulchritudinem admirantur, ſed inutilem ubique prædicant: quos ne hominum

Exhortatio admodū pulchra, ad rerū cœli ſtudioſos.

Cœlū non debere peti & lacerari.

quidem uocabulo dignos, ob id iure bono erudita censuit antiquitas. Nam praeterquàm quòd cum humana natura, quæ ad res cœli perscrutandas & suspiciendas est condita, obstinatè bellum gerunt, etiam impiè θεομάχονται Dei enim Opt. Max. qui per ea quæ facta sunt, tanquam in speculo elucescit, contemplationem abolent, ac impediunt. Nec ponderis alicuius duces, quòd apud Pindarum extat: θνατὰ θνατοῖς πρέπει: quod est, mortalia mortales decent. Insuper, quod Antiphanes protulit, (quemadmodum à Gnomologicis Græcorum citatur) εἰ θνητὸς εἶ βέλτιστε, θνητὰ καὶ φρόνει. hoc est. præclare, si mortalis es, mortalia cogita. Quos post Democritum, tertius quidam ἀνώνυμος etiam est sequutus, uel potiùs interpretatus: paradoxi loco, ut multa, hunc in modum scribens,

Multi falsò res cœli olim damnauerũt.

Mitte arcana Dei, cœlumq́ inquirere quid sit.
Cùm sis mortalis, quæ sunt mortalia cura.

Quæ sententia, quàm Epicurismum oleat, iudicabunt docti. Sanè, quum animo situs uerè cælestes, & cœli, rerumqúe illius abstrusam imaginem nobiscum quotidie circunferamus, quæ cœlestia sunt rimari potiùs debemus, quàm quæ terrena, & mortalia. Vt interim non omittam, quòd ὅμοιον, (quemadmodum ex Empedocle scripsit Aristoteles) ὁμοίου ἐφίεται. Nemo me hercule sani & integri pectoris, unquam inficiabitur, immortalem & inuisibilem cœlorum & hominis conditorem, cœlestium corporum cognitionem ob nullam aliam causam deorsum misisse, nisi ut ad suæ maiestatis admirationem, sapientiam, & amorem

Simile oblectari simili.

ceu per ſummos gradus, & res totius uniuerſitatis mundi præclariſsimas, humanum genus allice-ret. Quam cognitionem qui aſpernatur, degenerem animam ſe habere non aliter prodit, quàm apud Homerum Polyphemus, negans ſe ullos deos reuereri, ac cœlum ullum agnoſcere. Addam ex aliorum ſcriptis, quòd unum (de omnibus) rerum cœli ſtudium, & contemplatio, aduerſus publicas priuatáſque calamitates, odia, rixas, bella, & ſimilia: quæ homines inferiorem duntaxat mundum reſipientes, ſolicitant, & pro meritis exercent, præſentiſsimum remedium adferre ſolet. Cùm enim ad ueritatis, & rerum uerè admirandarum agnitionem animos incendat, intellectúmque cum cogitatione ad ea quæ gloriam Dei enuntiant, dirigat, uiros bonos, & diſcordiarum fugitantes hinc párere dubium non eſt: quibus & domi, & foris, pax cordi ſemper eſſe conſueuit. Sed de his alibi. Te itaque repeto cœleſtis homo, cui ecquid ſupereſt, niſi ut Delphicum oraculum è cœlo iam olim tibi demiſſum expleas, quod in ſumma habet, γνῶθι σεαυτόν. Deinceps itaque te noſcere, ac tecum habitare diſce: commerciumqúe quod cum cœlo magnum & admirandum habes, propiùs agnoſce. Caſta placent ſuperis: Ne itaque ſcarabeorum more, in fœdiſsimo telluris ſtercore, & rerum illius turpiſsima lacuna, te in poſterum commacula: quin potiùs ſummi Dei, cui ſoli regere uniuerſa, pro imperio, ut ſcripſit Plato, datum eſt ſapientiam, bonitatem & amorem in te reſpice. Hunc ama, hunc adora, cuius uerbo & nutu, totus quantus es, ſi tamen aliquid es, prodijſti: imò

Quid proſit rerũ cœli ſtudium.

Seipſum debet noſcere homo.

Pulchra ad Dei uenerationem cohortatio.

uerò uniuersa mundi & rerum illius uniuersitas. Hîc rursum appello te humana mens: an faces erunt admouendæ, quæ te tanto bono indormientem excitent? Eia, radiat Phœbus, prælucet Luna, scintillat cœlum. Itaque sursum meare contende: die, noctequé perfacile tibi patebit iter. Nam in illo Apollo, in hac, Diana cum innumeris stellarum centurijs, eò te deducet placidè, ac reducet. Siccine tui Dei opus negliges? Siccine cœlum terræ postpones? Nihil sanè abiectius, nihil fœdius, nihil denique perniciosius, quàm terrena tantùm sapere, quum sciamus conditorem nostrum, Deum Opti. Max. nos ad altiora & præstantiora uocauisse. Ne itaque in posterum erubescamus ô homines, animal uerè sanctum, animal mentis capacius altæ, cœlos patriam nostram agnoscere, & exclusis omnibus dissimulationum trepidationibus, maiestatis nostræ authoritatem profiteri. Animum nostrum, cui origo est uerè cœlestis, ita componamus, ut per semetipsum numinis sui præsidio roboratus, dignum suo authore, & hospite, aliquid semper faciat, ac cogitet: ut sic institutus atque formatus, rectum, & incorruptum immortalitatis iter, origini suæ aliquando restituendus, fœliciter inueniat: nec errantibus gressibus, trepidantibusqûe uestigijs, sempiternis cruciatibus ob terrenæ cuiusdam beatitudinis curiosum cum pernicie studium, destinetur. Intueberis itaque posthac ô homo φιλόγεαν, patentibus oculis cœlum uniuersitatis librum, & magnum naturæ seminarium: atque illuc (ut præsentem paraclesim tibi claudam) cum Pythagora cogitatione saltem, & pectoris oculis, alacriter, & ex animo perreptare contendes. Hîc (mihi crede) nihil nisi res sæculorum regis

Quæ sursum sunt, non quæ supra terram quærenda.

Pia admodũ & christiana paraclesis ad rerum cœli osores.

rum regis

rnm regis ſummam prouidentiam ſpirantes, perui-
gili contemplatione, & ſagaci aſpectu reperies: quarum miraculo, mens tua maieſtatis ſuæ recordatione, & inuentæ originis amore exhilarata, ab omni uitiorum ſorde eluetur: ac tandem authori ſuo beatiſsima reſtituetur.

Finis expoſtulatiunculæ, de Μυσουρανοις, *hoc eſt de cæli oſoribus, per Antonium Mizaldum Monslucianum.*



LVCIANI

QVERIMONIA, QVOD VETVSTVM DOCTRINAE GENVS DE COELO ET STELLIS NON EXERCEATVR, NEC VLLO IN PRECIO habeatur: cum præclara nomenclatura eorum, qui res cœli non ſine immortali nomine, olim excoluerunt,



DESID. Eraſmo Roterodamo interprete.



E COELO, DEQVE aſtris eſt nobis inſtitutus ſermo. Non de ipſis quidem aſtris, neq; ipſo de cœlo, uerùm de diuinatiōe, ac ueritate, quæ ab illis in hominum uitā proficiſcitur. Neq; rurſum tibi hìc ſum traditurus, quo pacto uinationē hanc aſſequi liceat. Sed illud conqueror, doctos omneis cùm in ceteris omnibus exerceāt ſeſe,

Iuſta expoſtulatio in eos q res cœli negligunt.

ſeſe, ſolam Aſtrologiam nec habere in precio, nec exercere. Atqui hoc doctrinæ genus uetuſtum eſt, neque nuper ad nos peruenit: ſed inuentũ eſt priſcorum regum, quos Dij amabant. At huius ætatis mortales, non ſolùm inſcitia, ſocordiaq́;, uerunetiam odio laboris, diuerſa ab illis ſentiũt. Cumq́; fortè inciderint in eos, qui falſa prædicunt, tum & aſtra culpant, & ipſam Aſtrologiam habẽt exoſam, neque ſalutarem eam, neque ueridicam arbitrantes. Sed artem magis falſam, atque inanem: haud rectè, ſicuti quidem mihi uidetur, ſentientes. Neque enim ob imperitiam fabri, ars ipſa culpatur: neque ob cantoris inſcitiam, ipſa Muſica parum eſt erudita: quin illi potius artium ſunt ignari. Cæterum, ars unaquæque ſuapta natura ſcita eſt. Primùm igitur Aethiopes hanc rationem mortalibus tradiderunt. In cauſa fuit, partim gentis eius ſapientia (nam cæteris quoque in rebus ipſi reliquos homines antecellunt ſapientia) partim etiam regionis quam incolunt opportunitas: propterea quòd apud eos perpetua ſit cœli ſerenitas, tranquillitasq́;: neque patiuntur anni mutationes, ſed eadem temperie uiuunt. Itaque cùm primùm uiderent Lunam non ſemper eodem uultu apparentem, ſed uaria ſubinde ſpecie, & in aliam, atque aliam uerti formam, uiſa eſt illis ea res admiratione, atq; diſquiſitione digna. Deinde cùm inquiſiſſent, repererunt hanc eſſe earum rerum cauſam: quòd Lunæ non eſſet Lumen proprium, ſed à Sole mutuatum. Inuenerunt autem & reliquarum ſtellarum motus, harum quas nos errones appellamus. Nam ſtellarum hæ ſolæ mouentur, naturamq́; earum ac poteſtatem, & effectus quos unaquæque præſtet, nominibus quæque

Aſtrologiam ex ſe falſam non eſſe.

Primi aſtrologiæ inuentores & excultores.

Sedula æthiopum diligentia in perſcrutandis cœli rebus.

inditis,non illis quidem ut multis uisum est,cõfictis, sed quæ notæ rerum essent. Hæc igitur in cœlo perspexerũt Aethiopes,mox Aegyptiis finitimis artem imperfectam tradiderunt. Porrò Aegyptij diuinandi rationem,quam ab illis dimidiatam acceperant, in maius prouexerunt:quippe qui mensuram etiam, ad quam unaquæque stella moueretur, indicarint. Ad hæc, annorum, mensium, horarúmque numerum instituerunt. Ac menses quidem illi Luna metiuntur, atque eius recursu finiunt. Annum uerò Sole, & eius circuitu mensurant. Quibus etiam maiora ostenderunt. Nam ex uniuerso cœlo, reliquisq; stellis,& errantibus, & fixis, neque simul cum cæteris sese mouentibus,duodecim partes effecerunt in his quæ mouentur: & unamquamq; suis animalibus repręsentarunt:partim marinis,partim humanis, partim feris,partim uolatilibus,partim pecudibus. Vnde & sacra Aegyptiorum uariè fiebant. Neque enim omnes Aegyptij ex omnibus duodecim partib⁹ cœli diuinabant:sed alij aliis utebantur partibus. Itaq; Arietem colunt, qui ad Arietem spectabant, Piscibus non uescuntur,qui pisces adnotarant. Nec hircum mactant, qui Capricornum uiderant,atque alij item, alia uenerabantur, quæ quisque inuenerat. Quin Taurum etiam ob honorem cœlestis Tauri colunt. Nã Apis apud illos,res imprimis sacra,regionem sortitus est,& qui eam incolunt partem, oraculum quoque dicarunt, signum uidelicet diuinationis, quam à cœlesti Tauro petunt. Ac non multò pòst Libyes quoque artem hanc sunt aggresi. Siquidem & oraculum quod est apud illos Ammonis, ad cœlum, & eius scientiam refertur: iuxta Ammonem, quem illi Arietis specie fingunt.

Aegyptiorũ sedulitas in rerũ cœli peruestigatione.

Aegyptij solertes in diuinationibus.

Libyes rerũ cœli studiosi fuerunt.

Calluerunt

Calluerunt autem & hæc omnia Babylonij: atque hi quidem affirmant se primos omnium fuisse. Verùm, vt ego existimo, multò posterius ad hos scientia hæc peruenit. At verò Græci, nec ab Aethiopibus, nec Aegyptijs de Astrologia quidquam audierunt. Sed illis Orpheus Oeagro & Calliope prognatus, primus ista monstrauit: non ille quidem admodùm dilucidè, neque rem clarè docuit, sed præstigijs, ac mysticis inuolucris obtexit. Sic enim illi visum est. Nam concinnata lyra, Orgia instituit, sacrasq; cantiones illa decantabat. Porrò lyra cùm septem haberet chordas concentum mobilium stellarum repræsentabat. Hæc conquirens, atque agitans Orpheus omnia demulcebat, omniaqúe vincebat. Neque enim illam hominis lyram spectabant, neque illi alterius musices studium erat: verùm hęc magna illa Orphei lyra. Hisce rebus cùm Gręci honorem habere vellent, locum illi in ipso cœlo designarunt, & complusculæ stellæ vocantur Orphei lyra. Quòd si quando Orpheum videris, vel saxo expressum, vel coloribus effictum, sedet in medio canenti similis, manibus tenens lyram. Circum hunc, animantium innumera multitudo, inter quæ & homo, & Taurus, & Leo. Cunqúe horum singula videris, fac horum mihi meminris, cuiusmodi sit illius cantus, cuiusmodi lyra, cuiusmodi Taurus, & cuiusmodi Leo Orpheum audiant. Quòd si eorum quæ dico causas intelligas, certè in cœlo horum quodque contemplaberis. Fertur autem & Tiresia genere Bœotius, diuinádi gloria multùm celebris fuisse Hunc ex Græcis, aiunt dixisse stellarum erraticarum alias esse fœminas, alias mares, non tamen eadem efficere. Vnde eundem ancipit quoque sexu fuisse fabulantur: aliquando fœminam, aliquando marem. Por-

Babylonij.

Græci.

Orphei lyra.

Pulchra de Orpheo, & eius Lyra.

Tiresia Bœotius in diuinando celebris.

rò, Atreo, & Thyeste de regno paterno decertantibus, iã tum maximam Astrologię, cœlestisq́ue doctrinę curam fuisse Græcis, palàm est. Ac publico consensu statuerunt Argiui, vt vter scientia præcelleret, is imperio potiretur. Ibi Thyestes Arietem illis in cœlo demonstrauit: atque hinc aureũ Arieté Thyestæ fuisse, proditũ est fabulis. At Atreus de Sole, deq; vario illius exortu locutus est: ostẽdens non eodem modo ferri Solem & mũdum, sed contrario inter se cursu rapi. Et q nunc videtur occasus, cùm sit occasus mundi, Solis exortum esse. Hæc locutum Argiui regem crearunt, magnãq; hinc doctrinæ laudem est assecutus. Equidem & de Bellerophonte similia sentio: nam alatum equum illi fuisse, non admodùm credo. Verùm arbitror illum hãc disciplinam sectanté, sublimiaq; cogitantem, & inter astra versantem, in cœlum nõ equo ascendisse, sed animo. Eadem de Phryxo Athamantis filio dixerim, quem aureo Ariete, per aërem vectum fabulantur. Quin & ipsum sanè Dædalum Atheniensem etiam si res est noua auditu, tamen haud existimo eum ab Astrologia fuisse alienum. Sed cùm ipse ea maximè est vsus, tum filium suum eandem perdocuit. Ast Icarus cùm iuuentutis calore, & inscitia, non ea disquireret quæ conueniebant, sed ad ipsum vsque polum animo tolleretur, delapsus est à vero, totaq́ue aberrauit arte, & in rerum immensæ profunditatis mare præceps decidit. De quo Græci secus fabulantur, qui ex eius nomine sinum Icarium frustra vocant. Fieri potest, vt Pasiphaë quoque cùm ex Dędalo de Tauro audisset inter stellas apparente, deq́ue ipsa Astrologia, in artis amorem inciderit: ob idq́ue factum existimant, vt Dædalus illam Tauro copularit. Sunt autem qui scientiam in portiones partiti, in singulis parti-

Atreus & Thyestes. *Bellerophon.* *Phryxus.* *Dædalus.* *Icarus.* *Pasiphaë.*

partibus, ſinguli elaborarint. Alij in ijs, quæ ad Lunam, alij quæ ad Iouem, alij quæ ad Solem pertinent, & ad illorum curſum, motum ac vim congerentes. Sic Endymion Lunæ rationem tradidit. Phaëton Solis curſum dephrehendit: non ille quidem verè, ſed moriens imperfectam artem reliquit. Hæc qui ignorant, Phaëtontem Solis filium credunt: fabulamqúe de illo haudquaquam veram narrant: adijſſe Solem patrem, ac poſtulaſſe ab eo, vt ſibi liceret lucis currum moderari, illum id conceſsiſſe, monuiſſeqúe qua ratione foret aurigandum. Phaëtontem verò conſcenſo curru, partim ob ætatem, partim ob imperitiam ita egiſſe, vt aliquando eſſet vicinus terræ, aliquando longo ſemotus ſpacio à terra: interim mortales frigus atque æſtus intolerabilis conficiebat. Ob id indignatum Iouem ingenti fulminis telo percuſsiſſe Phaëtontem: eum deiectum ſorores circunſtantes magno luctu proſequebantur, donec immutarent formas, quæ nunc ſunt Populi, ac lachrymarum vice, quibus fratrem deplorabant, electrum deſtillant. Haudquaquam hæc ita geſta ſunt: neque pium eſt his habere fidem, neque Soli fuit filius, neque illi filius interijt. Sed narrant Græci, & alia multa fabuloſa, quibus ego non admodum credo. Nam quî conſentaneum eſt credere Aeneam Veneris fuiſſe filium, aut Minoa Iouis, aut Aſcalaphum Martis, aut Antolycum Mercurij? Verùm hi homines pij, Dijſqúe grati fuerunt: eoſqúe naſcentes, hunc Venus, illum Iuppiter, alium reſpiciebat Mars. Etenim qui patresfamilias ſunt mortalibus in hoc progignendi genere, ij veluti parentes ſibi ſimilia producūt omnia, & colorem, & formā, & facta, & animum. At rex quidam Minos Iouis auſpicijs,

Endymion.
Phaëton.

Fabuloſa eſſe quæ apud poëtas de Phaëtonte ſcribuntur.

Aeneas.
Minos.
Aſcalaphus.
Autolycus.

Aeneas formosus Veneris fauore natus est: fur Autolycus. At ea furacitas illi ex Mercurio contigit. Iam verò nec Saturnum Iupiter coniecit in vincula, nec in tartara præcipitem dedit, neque cætera machinatus est quæ putãt homines: verùm Saturnus extremus mouetur, proculque à nobis semotus est. Segnis illi motus, neque facilis animaduersu mortalibus: atque hanc ob causam illum stare dicunt, ceu vinculis alligatum. Cæterum ingens aëris altitudo tartarus appellatur. Sed potissimùm ex Homeri poëtæ, Hesiodique carminibus liceat intelligere priscorum fabulas cum Astrologia consentire. Siquidem vbi Iouis cathenam narrat, ac Solis iacula, quæ quidem ego radiorum ictus esse conijcio, tum vrbes quas in clypeo finxerat Vulcanus, præterea choream, & vineam, adhæc quæcunque de Veneris ac Martis adulterio dixit, deque detectione, haud aliunde, quàm ex hac scientia sunt conficta. Quandoquidem Veneris & Martis concursus, Homericę cantilenæ præbet argumentum: in alijs autem versibus vtriusque diuersum effectum descripsit Veneris, cùm sic ait.

Saturnus & Iupiter.

Iouis cathena, Solis iacula.

Venus & Mars.

Tute Venus iucunda magis connubia cura.

Porro de belli negotiis.

Cuncta citò hæc curæ fuerint Marti, atque Mineruæ.

Hæc cùm intelligerent veteres illi, maximè diuinationibus vtebantur: nec eam ociosam esse putabant: adeò vt nec vrbes conderent, neque mœnia circunducerẽt, neque quemquam occiderent, neque vxores ducerent, priusquàm de singulis, à vate responsum accepissent. Denique nec ipsa deorum oracula, ab arte astrologica erant aliena. Verùm apud Delphos virgo prædicendi munus administrat, quæ cœlestem illam Virginem repręsentat: ac Draco sub tripode vocem ædit, quoniam & inter stellas Draco conspicitur. In Didymis verò templum est Apollinis,

Nihil olim aggressum sine Astrologia.

& hoc

& hoc ſicuti mihi videtur, ex his Didymis, ideſt Geminis qui cœlo ſunt, appellatum: vſqueadeò verò diuinatio viſa eſt illis res ſacra, vt Vlyſſes etiã cùm errando feſſus, vellet certò de rebus ſuis cognoſcere, ad inferos penetrarit: non quò videret vmbras, & locum inamœnum, ſed quòd cuperet cum Tireſia colloqui. Qui ſimul atque in locum peruenerat, quem Circe monſtrarat, foueam fodit, oues mactauit: cumq́ue complures eſſent vmbræ, atque inter has matris quęque ſanguinem bibere cupientes: non prius ille permiſit illi, ne matri quidem, quàm Tireſia guſtaſſet: coactuſq́ue eſſet ſibi vaticinium ædere: potuitque interim matris vmbram videre ſitientem Adhæc Lycurgus Lacedęmonijs omnẽ reipublicæ adminiſtrationem è cœlo temperabat: ac legem illis dedit, ne quando in bellum prodirent ante plenilunium. Non enim exiſtimabant eandem eſſe ciuitatis adminiſtrationem creſcente Luna, & euaneſcente, propterea quòd omnia ab illa regerẽtur. Porrò Arcades ſoli hæc nõ recepe runt, nec in precio habuerũt Aſtrologiã: ſed ĳdẽ ob imperitiam, & ſtultitiam aiunt ſe Luna antiquiores eſſe. Proinde cùm noſtri maiores vſqueadeò fuerint Aſtrologiæ ſtudioſi, huius ætatis homines partim aiunt fieri non poſſe, vt homines finem inueniant diuinandi ſcientiæ, propterea quòd neque certa ſit, neque vera: neque Martem, aut Iouem, noſtra cauſa moueri in cœlo: verùm illis humanarum rerum nullam eſſe curam, neque quicquam eſſe eis cum his negocĳs commercĳ: verùm ſecundum hos neceſsitate circumaguntur: partim dicunt Aſtrologiam non eſſe quidem mendacem, at inutilem. Non enim mutari vaticinio quęcunque fatis decreta inſtant. At ego ſanè vtriſque reſpondere poſſum, ſtellas in cœlo, ſuo quidem motu volui: cæterùm obiter eius motus effectum ad nos peruenire. An vis equo currente, &

Didymi ſeũ Gemini.

Vlyſſes.

Tireſia.

Lycurgus & Lacedæmoniorum ſtatus.

Arcades.

Quorundam puerilis obiectio.

Reſponſio cũ eleganti interrogatione.

gallinis,aut hominibus tumultuantibus,lapides subsilire, stipulasque moueri ventis cursu concitatis, & syderum vertigine nihil aliud effici, quàm pro motu proposito? Quum modici ignis ad nos calor defluat,nec prorsus nostra causa ignis ardeat(non enim curæ illi est nostra calefactio)cur syderum nullum recipiemus defluxum?Sanè fieri non potest,vt per Astrologiam ex malis bona faciamus,neque mutare quicquam earum rerum, quæ ab illis ad nos demanant.Sed hanc vtilitatem ars adfert vtentibus.Bona multò antè delectant eos,qui ventura præscierint:mala verò facilè cùm imprudentibus venerint,accipiuntur.Neque enim in illos irruunt,sed quia meditata,expectataqúe sunt,lenia,mitiaqúe videntur.Hæc mea est de Astrologia sententia.

Quid cōmodi ex astrologicis prædictionibus emergat.





IOANNIS

IOVIANI PONTANI DIALOGVS SANEQVAM VENVSTVS: QVO DOCETVR QVATENVS COELESTIVM PROGNOSTICORVM SIGNIFICATIONES PROCEDANT.

Et quòd voluntas solius hominis propria, illis nequaquam subijciatur: modò sensuum titillationibus, & cupiditatũ illectamentis non acquieuerit.



IOAN. Pardus, & Franc. Pudericus.

PVDERICVS.



VID NI MIHI CVM Astrologis bellum sit Parde? cùm Iouianum hunc videam, qui tam multa scripsit de syderibus, sæpenumero illis irasci, nec omnino satis bene de illorum dictis, atque enuntiatis sentire? cùm tamen eius disciplinæ sit ipse mirifice studiosus. Quamquàm, vt mihi semper visus est, non vt Ioannes Picus in ipsam disciplinam, armis equisq́ue (quod dicitur) irrumpit, cùm illam tueatur

Iouianus Pōtanus rerum cœlestiũ scriptor & fautor.

vt cognitu maximè dignam, ac penè diuinã. Sed Astrologos quosdam, vt parum cautos, minimeq; prudentes, insectatur, ac ridet. PARDVS. Non temere hoc quidem Puderice. Quid enim magis siue absurdum, siue temerarium, quàm quod coniecturis præcipuè constet, id necessarium esse velle? Cùm enim cœli, syderumqúe agitatione inferiora hæc (quod liquidò apparet) citatu moderentur suo: nequaquam tamen quæ ab illis innuuntur, ijsdem numeris, eadem quoquæ qua portenduntur via vbique eueniunt: quòd res ipsę inferiores superioribus illis causis, aut non omni è parte assentiantur, aut repugnent. PVDER. Sunt igitur illæ causæ agentes ac primę, hæ verò patientes, ac secundæ. PARD. Nimirum sunt: nam nec calor ipse Solis vbique est æqualis, nec terrarũ situs idem, ac par omnium. Quodqúe ad communium res spectat, voluntates ipsę nostræ, modò sensibus imperare voluerimus, liberę quidem sunt, syderalibusqúe agitationibus aliquantò validiores. Quod quonam modo fiat, id si aperuerim, non indignum conuentu isto videatur. Quatuor hæc corpora, queq; alio nomine sunt elementa, & materiam generationi suggerunt, vel ipsa eadem potius sunt materia, quatuor humores subministrant, ex quibus hæc cõstant omnia. Hi, pro motu Solis, Lunæqúe, ac vtriusque habitu (ne de alijs nunc loquamur stellis) in asiduo vbique sunt, aut incremento, aut imminutione, qua è re generatio cietur atque corruptio: & proinde in eodem nunquam persistunt statu: quando & Solis, & Lunæ mutationes, ipsi quoque imitentur: ac Luna continenter penè fluctuet. Sol verò erraticis cum stellis nunc fit ipse propior, nunc contrà remotior ab regionibus quas incolimus. Quibus è rebus & incrementa sequutur humorum qualitatumq;, & item imminutiones. Has ad res permultùm etiam conferunt regionum

Quæ à cœlo portendũtur, nõ eadem via vbique eueniunt.

Voluntates humanas syderalibus agitationibus validiores esse.

Humores Solis & Lunæ mutationes sequuntur.

tum

tum ſitus, tum habitus: cùm Apulia, Libya, Aegyptus aptior ſit calori, ſiccitatiq́ue augendę quàm aut Germania, aut Gallia: hæ verò quàm illæ frigori atque humectationi. Adhæc terrarum aliæ non multam quidem hominum exigunt aut operam, aut induſtriam in re frumentaria procuranda: aliæ contrà ſuapte natura parum ſunt feraces. Quid quòd habitus ipſe locorum alibi obtuſiora gignit ingenia, alibi magis acuta, eademq́ue verſutiora? Quò fit, vt tam multæ quoq; rerum earundem ſint varietates: quòd in ſaporibus potiſſimùm, ac ſuccis oſtenditur: itemq́ue in animalibus, ſiue feris, ſiue alitibus: actum in celeritate eorum, tum etiam in ſtatura & robore: vt humores ipſi non ſolùm cœli ac ſtellarum agitationes ſequantur, verunetiam agrorum naturas, ac regionum tum ſitum, tum habitum. Quod cùm ita ſit, ne ſtellarum quidem effectiones vbique aut eædem, aut pares eſſe poſſunt. Quæ, qui Aſtrologus probè conſiderauerit, vix ille longius aberrauerit à cœleſtium prognoſticorum ſignificationibus verè pronunciandis: quouſque tamen coniectura ipſa ſeſe tutò conferre poterit. Hæc igitur ipſa, cùm tantopere inter ſe diſſentiant, ac tam ſint cognitu difficilia, quàm profectò ſunt, nata eſt hinc obſeruatio: cuius proprium eſt intueri, quæ appareant ſigna: eaq́ue animaduerſa, multumq́ue retenta in mente, quid tandem adferant expectare: indeq́ue à re ipſa prognoſtica dicta ſunt. Non tamen vt ſemper præſtent quæ promittere videãtur: ſed quòd plerũq́ue tãtùm, cùm & medici, & nautę, ipſi quoq; agricolæ in curationibus, ægritudinibuſq́ue, item in pluuuijs, aut ſerenitatibus, frugũq́ue prouentu, aut huberiore, aut modico, non rarò ſe à ſignis, obſeruationeq́ue deceptos querantur. Minus vt mirum videri debeat, ſi Aſtrologi quoque fallantur:

Habitus locorum & ſitus in cœleſtibus iudicijs non negligendi.

Vnde nata rerũ cœleſtiũ obſeruatio: et quid illi proprium.

Mirum non eſſe ſi aſtrologi plerunque fallantur.

M

cùm ipsę aliquando causæ inuicem pugnent, actionesq́;, ac pasiones inter sese (vt dictum est) non vno modo dissentiant. Tertio ante anno Cãpanus ager æstiuis pluuijs plus solito laborauit: eodem tamen tempore in agro Brutio, ac Crotoniensi, de nimia siccitate atque æstu vineæ exaruerunt. Hinc igitur vanæ Mathematicorum prædictiones, quòd ad ea quæ portendi videntur à stellis, non omnes conueniant simul causæ: permultaq́ue eos lateant, quemadmodum & medicos. Et hi quidem frustra haberi solent, non solùm propter naturam morbi & humorum parum cognitã, verùetiam ægrotantium, & regionis, aërisq́ue ipsius, ob alias causas, atque alias, ac tum ventorum, tum exhalationum. Illi verò propter incognitas stellarum misturas: aut quòd in id tempus incidant significationes aliquarum siue copulationum, siue eclipsium, aut cometarum, multis ante annis eas portendentium, quæ parum quidem obseruatæ fuerint. Interdum, quòd regio ipsa perniciosis à ventis aut vexetur, aut à salubribus defendatur: plusq́ue venti ad prohibendum valeant, quàm ad nocendum hostilis stellarum irradiatio. An non Hetruriæ maritima pleraque pestilens est ora, propter paludes halitusq́ue malignos ab his afflatos, aurasq́ue illos agitantes: cùm collinę eius regionis sint quàm saluberrimæ? Itaque, & in locis illis palustribus salutiferæ stellarum configurationes parum prodesse per æstatem poterunt: & collinæ salubritati non adeò malignè nocebunt, ac pestilentes. Patrij quoque mores, consuetudinesq́ue, & municipales artes, necnon instituta tum publica, tum domestica, multùm in vtramque partem conferunt syderalibus cõfigurationibus. Quid, quòd rerum certa cognitio eaq́ue quæ scientia dicitur in generalibus perscrutationibus versatur? Quis igitur humorum ex quibus constamus

Permulta medicos & astrologos fallere.

Patrij mores, consuetudines, artes, & instituta syderalibus prędictiõibus cõferunt.

mus singulares adsequi posśit, siue cómistiones, siue temperaturas? Quis rursus syderum particulares vires, quę tum abstrusisśimæ sunt, tum penè etiam infinitæ? Quis item aduersantium inter se causarum digladiationes particulatim cognitas, & obseruatas habeat, & quantum, & quousque? Itaque illi ipsi qui ad particulares prædictiones dilabuntur, ab ipso etiam Ptolemæo habentur derisui: cùm necesse sit eorum coniecturas, obseruationesque hac in parte vacillare: ipsasque nō solùm deerrare à via, verùm turpisśimè dilabi, deque vestigio ruere. Vides igitur Puderice, vnde tam multi Mathematicorum errores proficiscantur: coniecturæq; tam fallaces: vt iure quidem irasci illis & posśis, & debeas, in pestilentijs prædicendis, itemque in sterilitatibus, tempestatibus, alluuionibus, atque euentis alijs. Veniamus nunc ad hominum voluntates, quibus si sese ipsæ sensibus dominandas permiserint, nihil est fluxius, imbellius, addam etiam fractius domabiliusque. Contrà, nihil quòd sit illis generosius, robustius, imperiosiusque, vbi sensus ipsos eorumque illectamenta nihili fecerimus, miserimusque sub iugum. Vendidit Marc. Cato confectum iam senio equum: qui cum ipse siue Consul, siue Prætor militauerat. Marcus, inquam, Cato optimus sui temporis Orator, optimus Senator, optimus Imperator, sic enim est habitus. Cur vendidit? quia voluit: quia plus apud eum attenuatisśima illa valuit parsimoniæ cura, quàm ratio, & Senatore, & Oratore, & Imperatore, tam validè etiā spectato digna. Quodq; vsurpare esset solitus, bonū patrēfamiliasvēdacē esse oportere magis, quàm emacem, voluit etiā in re sua præceptū id pertinacisśimè tenere. At coactus est ad hoc ipsum ab natalitia cœli, stellarūq; cōfiguratione. O cœlū auarisśimū! ô stellas tā attenuatè, ac sordēter parcas! quæ

Rerum particulariū astrologos, à Ptolemęo rideri.

Marci Catonis elegans exemplum.

in hoc tam attentè, ac tantopere peruicaces. Potuit proculdubio cœli, stellarumqúe configuratio, Marc. Catonem facere ad parsimoniam propensiorem, propter humorum è quibus constaret compactionem: non tamen vt cum summa & Senatorum, & ciuium Romanorum siue accusatione, siue irrisione, militarem, vel consularem potius equum, vilissimo etiam precio captus venderet: ac si equus ille nascente Catone, sollicitas stellas sua etiam de venditione fecerit. Ptolemæus, Aegypti Rex sororem suam duxit vxorem, impulsus videlicet expugnatusqúe natalis cœli, ac stellarum themate. O prophanum cœlum cum themate etiam tam impuro, & inquinato: in quo tam immanis reposita esset libido.

Stellarum cõfiguratio in Catone quid potuit.

Ptolemæus Aegypti Rex

Quis vel etiam summè improbus, ac peruicax adseuerare hoc audeat? etenim configurationes illæ intemperantiam tantùm portendunt humorum ac concretionis corporeę, atque in re quidem venerea: detur etiam & in sororea coniunctione. An non fœlicissimus ipse rex ac potentissimus, poterat quod quidem noluit, sororem suam alij matrimonio locare, ipseqúe aliam sibi ducere?

At medici, vel modicis adhibitis medicamentis, humorem, qui nimius sit, temperant, coguntqúe sub regulam: qui nimius, atque attenuatus, eum exuscitant & attollunt. Tu verò Rex eximie, minimè potuisti nefariam istam libidinem continere: quòd videlicet noluisti. Patrauit igitur scelus hoc, quia voluit: nam si noluisset, qua diximus via euitare illud omnino poterat. Quod vt patraret, credibile est multas, variasqúe in ea re cogitationes cõsumpsisse: sed passus est à libidine tandem sese vinci. At apud Persas eiusmodi matrimonia erant & vsitata, & concessa: secutusqúe est finitimæ gentis exempla. Iam, qua promptitudine secutus est ipse Persas? Cur non

Persarũ matrimonia cõmunia fuisse, non verò Macedonum.

Mace-

Macedones ſecutus eſt ipſe ſuos?laudatiſsimoſqúe Macedonũ Reges?Nequaquam autem ſecutus eſt, quia noluit:quia imperari maluit ſibi à libidine,quàm ipſe libidini imperare. I nunc,& cœlum incuſa, ac ſtellas, nefariaſqúe ſtellarum configurationes. Tempeſtate hac noſtra,qui apud Reges,reguloſqúe magiſtri fuere epiſtolarum, vtque hodie dicuntur, Secretarij,ſummum in modum locupletati ſunt omnes,præter Iouianum hunc, qui adeſt:quam ad rem ab amicis familiaribuſqúe aſsiduè cohortatus cùm eſſet,nunquam à propoſito dimoueri potuit:illud in ore ſemper habens. Egere nolo, opulentus eſſe recuſo:qua ratione non modò cupiditati imperauit, pecuniarumqúe appetitioni, verùm ipſis etiam Regibus in Repub. moderandis:quam animi firmitatem his ipſis etiam diebus oſtendit. Quum enim capto regno Neapolitano, Ludouici Gallorum Regis Præfectus, magiſtratum ei offerret,quò ex eius reddit u ſenectutem opulẽtiorem duceret:at,inquit, non opulentiorem eam feceris,verùm occupatiorẽ: quando Dijs iuuantibus nullius honeſtæ rei indigeo. Voluntas certè hæc fuit, ratione temperata:eaq ue cupiditatum victrix,ac ſenſuum titillantium. Nero Auguſtus ſingulari fuit crudelitate nobilitatus:quis ſanæ tamen cogitationis inficietur, in procreando Nerone ſeminis humorumqúe temperaturam, è qua fotus ipſe,& concretus eſt,apprimè malignam fuiſſe?ſtellaſqúe ipſas eam ad rem adiumenti plurimum contuliſſe, vt ſuapte natura Nero procliuis eſſet,atque incitus ad ſæuitiam?fuere igitur huius rei cauſæ,tum natura ipſa è qua Nero conſtitit,quòd malè eſſet fermentata, tum ſtellarum malus habitus, peruerſaqúe configuratio, quæ aut humorem ſecuta eſt, malignum illum quidem, atque peruersè affectum:aut eum malignitate,ac deprauatione

Iouianus Pōtanus opum, & honorum negligentiſsimus.

Nero ſingulari fuit crudelitate.

Impium Neronis ingenium aduersus matrem.

affecit sua. Est, detur hoc quidem. At inuenire noua supplicioram genera, inusitataq́ue excogitare tormenta, & cum artifice conuenire, qua via ad maternum naufragiũ nauicula opportunè strueretur. Neronis hoc fuit, sanguinariæq́ue eius voluntatis, non stellarum ac cœli. Fuit autem Neronis, quia voluit. Voluit autem, quòd ab ambitione rapiebatur, qua expugnatus, conculcauit ipse rationem. Sed desinam pluribus iam exemplis vti, maximorum etiam virorum, quorum voluntates victæ cupiditatibus, aut sensuum captæ illecebris iere præcipites. Quo circa, his in hunc modum explicatis, quæramus eadem hæc aliquantò exploratius. Principiò, laus omnis vituperatioq́ue versatur in voluntarijs actionibus, existitq́ue ab illis. Quum enim natura duce moueamur, ad ea cupienda quæ boni alicuius speciem præseferant, eaq́ue à sensibus repræsententur, de quorum titillatione animus sese excitat: non prius tamen ad ea peragenda quibus adsecuturum sese illa confidat, animus ipse expergiscitur quàm voluntas quò suscitetur: quæ initio quidem vt libera, ac sui iuris latius euagatur: pòst verò secum adhibita in consilium ratione, ac frenum sibi ipsa imponens, eo accepto sese ipsam moderatur, redigitq́ue intra præscriptum: mox de liberando eligit, quæ pro facultate ac viribus suis eligenda videantur: quin ratione duce, illa ipsa perscrutatur diligentius, perpenditq́ue maiore cum pensitatione, quæ à sensibns sunt oblata, an talia sint, qualis species eorum sese offert: sint necne vtilia ipsa & iucunda, an rursum inutilia & molesta. Post verò his perpensis, & cognitis euagationeq́ue illa tam libera sub frenum coërcita, iter statim ingreditur, quo quæ eligenda esse duxit, peruenire ad ea posit. Iuris itaque, atque arbitrij eius fuit, vellet necne siue eligere, & persequi, seu nihil omnino

Philosophica & elegãs de voluntate & volũtarijs actionibus disputatio.

Volũtas quã do seruire di catur, & quã do imperare.

omnino curare. Est igitur suapte natura, statimqúe ex quo suscitata est, libera: quæ rationem si sequatur, libertatem vbique suam & tuebitur, & retinebit: sin relicta ratione à sensibus delinita illis obsequatur, nimirum amissa libertate, captiua ducetur, & quæ imperare ipsa sibi noluit, imperio seruiet alieno. Est igitur sui iuris ac libera, quoties sese à sensuum, malarumqúe cupiditatum vi, ac captiuitate tuebitur. Tunc verò facilè tuebitur, quum excitata inter eam, sensusqúe ipsos controuersia, bona ne sint, an mala quæ à sensibus offeruntur, rationem sequetur: illamqúe sibi in auxilium vocabit: cuius etiam consilio vtetur ac ductu. An non tibi voluntas ipsa videatur libera, quæ cum sensibus in certamen descendat? quæqúe victrix omnino euasura sit, præterquàm si illorum insidiosis blanditiis capi se patiatur? Demum quia ad actiones tunc accingimur, cùm voluntas ipsa voluerit, & elegerit, & decreuerit suscipiendum aliquod siue incœptum, siue negotium, meritò actiones ipsæ ad voluntatem referuntur: quæ si cum ratione progredietur, nimirum ipsæ laudabuntur: contrà, vituperabuntur, vbi & in eligendo, & in progrediendo, de rationis via aberrans sensuumqúe delitijs emollita cupiditatem sequetur ducem, ac illius inhærebit vestigijs. Non solùm autem res ipsę, actionesqúe voluntatem liberam esse testātur, verumetiā nomen ipsum deliberandi: quòd videlicet liberū eius sit in decernendo iudiciū, velit né suscipere, & prosequi, an cōtrà desistere, ac sensuū ipsorū monita dilabi sinere. Legū quoque cōstitutores, ac moderatores populorū idipsum testātur: cùm impunita dimittāt crimina, quę furētes admittūt, atque insania perciti: quòd voluntaria ea minimè sint, nec furētes ipsi liberi aut sint, aut haberi debeant. Postremò autem cōsiderandū videtur, cùm sensus

Volūtas quādoque libera, quādoque serua.

Furentium crimina cur impunita?

ipsi corporei sint, singuliq́ue corporeis vtantur instrumentis, vt auribus ad audiendum, oculis ad videndum, naribus ad odorandum, palato, linguaq́ue ad gustandum, manibus, siue alia corporis parte ad tangendum: voluntatem tamen ipsam nulla parte corporis vti, nullaq́ue re corporea: quin aut deliberat, aut eligit, decernitq́ue: quippe cùm vis ea, potestasq́ue, tãtùm sit animi, atque ex omnibus animalibus, hominis vnius: quò fit, vt cæterorum quidem sit siue impetus, siue instinctus tantummodò: homini verò voluntas propria, ac peculiaris. Igitur, si stellarum effectiones versantur in corporibus inferioribus, & in his rebus tantùm quæ ex elemẽtis constant: ipsaq́ue elemẽta cãpus quasi quidã sint, in quo stellæ vires suas exercẽt: quanam via voluntates hominum, illarum agitationibus subiectæ erunt? quarum iurisditio tantùm sit in elementis, rebusq́ue elementaribus? animus verò & incorporeus ipse sit, & ab omni prorsus elementari qualitate, ac conditione vacuus: cuius vis potissima quidem sit ipsa volũtas: quæ actiones ad quas homo natus est, vel commendatione honestet, vel opprobrio damnet, ac contemptui proijciat. Iure igitur Puderice, mathematicis illis succenses & Astrologis, qui ad omnes res futuras prædicẽdas, hominumq́ue mores, ac fortunas ab ipso ortu statim pronuntiãdas tam sint apti, ac si in eis nulla sit libertas, nullaq́ue deliberandi, aut eligendi, siue ratio, siue authoritas: quæ quidem tanta est, vt homo sui iuris sit in his administrandis omnibus, in quibus animus imperare habeat: nec corporis ei opus sit ministerio, ac præsidijs. Possunt tamen cœlestes configurationes impedimento illis tunc esse, ac sese animo ipsi opponere: cùm corporeis atque externis auxilijs, ac fauoribus indigeat. Vbi verò actiones solius tantùm fuerint

Voluntas est hominis vnius, reliquorũ animantium impetus.

Volũtates humanas stellis non subijci.

Quando sese opponant animo cœlestes configurationes.

rint

M

rint animi, frustra tunc de stellarum actionibus, ac viribus disputatur: cùm, vt dixi, animus ipse liber sit, ac suopte arbitratu eligat, decernátque. Hæc habui tecum, tuámque in defensionem, quæ Francisce Puderice hîc dicerē: longius fortasse quàm portio dicendi ferret mea: breuius certè, quàm res ipsa exigit. Quamobrem finem his faciam: si prius tamen hoc subdiderim: Hominum illorum numerum oppidòquàm exiguum esse, animum qui colant, animique arbitratu vtantur, atque imperio: cùm multitudo ferè vniuersa corpori sit omnino dedita, corporeisqúe illecebris: vt fortasse Mathematicis ipsis & Astrologis permittendum sit laxissimis etiam habenis currere ad Apotelesmata pronuncianda.

Cõclusio] à pulcherrima sententia.

FINIS.

Ride Epicure Deum, gere nescia pectora fati:
Finge nihil cœli significare faces.
Crede mihi, ad nigrum quando raptaberis orcum:
Hîc tua quod plectat scommata, Numen erit.

Οἱ ὀυρανοὶ διηγοῦνται
δόξαν Θεοῦ.

LVGDVNI,
Mathias Bonhomme excudebat.

Si pius es et caelesti Lumine ductus
Scriptura sacra divina oracula quae vis
Atque fidei [illegible], discretam dirige mentem.
Non quis sis natus, verum ad quem attende creatus
tu fueris finem: Vide ne sit unus et auctor
quis gratis beati esse tibi: et ferat alter honores.
Haec tibi discernas. et mente revolveris altum
Nunc obscura tibi, divina arcana patebunt.
Iudicia coelesti solum revelata fuere
ad Domino populo Jacob, quem elegerat ipsi.
Lex Domini perfecta est in qua non ponitur ulla
Macula. convertens animas. tenebrasque fugando
Luminat obtusos oculos: in caque quiescit
Mens errans. namque est puro pretiosior auro,
Atque suavis mellis favo dulcior ipso.
Nec transgressori poena: nec praemia desunt
Servanti: verum hoc mortalis non sibi incert;
Nec capit hoc oculus nec auris percepit ipsa.
Haec pauca excipias memori quae mente repones.

Scito ergo hodie, et cogitato in corde tuo, quod
Dominus ipse est Deus in caelo sursum et in terra
deorsum et non est alius. deuter. cap. 4.

821

